PRINCEPS PROBUS TRACTATUS POLITICO-RELIGIOSUS...

Giovanni Leonardo Rodoerio

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
8 G
37

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

III
7
E

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PRINCEPS
PROBVS
TRACTATVS
POLITICO-RELIGIOSVS

Ex Romanæ olim Reipub.

Et Catholicæ Monarchiæ SACRA POLITICA.

Præſertim ex Auguſtanis monitis

CAROLI V.

Immortalis memoriæ Imperatoris Auſtriaci deprom-
ptus.

IO: LEONARDI

RODOERII

I.C.Neapolitani Studio.

Religioſis Principibus, ſtatuſq; Miniſtris iucundus, atque optabilis.

Neap. Sumptibus Hæredum Roncalioli, apud Carolū Porſile 1678.

Superiorum Facultate.

Digitized by Google

Digitized by Google

AD SERENISS.

DOMINVM

D. IOANNEM

AVSTRIACVM

INduciæ, quas mihi præſtitit forenſis arena, decumbente Sole in Leonis ſigna, otiandi tempora intercepere. In opus deflexi, cuius teſſera, licèt ſubeunte initio virililiter reſtitiſſet, aſpera nihilominus in vias planas noui, præcurrente Religionis cynoſura. Opus equidem fui aggreſſus, cui inter

Digitized by Google

concipi, & naſci, ſpatia tri-meſtria ſunt tributa, adeoùt to-tidem ſigna in ſuo horoſcope deceat conſtitui, nempè *Leonem Virginem*, & *Libram*, cùm inter hæc concipi, ſcilicet, oriri, & adoleſcere, contigerit. Leo qui-dem, non rugiens, non vorax, vincens, non iugulans, fętui huic alimenta ſuggeſſit; Hæc inquàm monita ſunt Auguſtana, quæ à Caſtellę *Leone*, Carolo, (ſcilicet) V. Cæſarum Maximo, Philippo filio, Regum ſapientiſſimo tradi-ta fuere, & quæ fræquentius in opuſculi ſerie, tamquam funda-menta conſiſtunt. Non vereor monita aſſerta è Religionis Sa-crario Carolũ V. eduxiſſe, cum ceù tot Poli, Catholicæ Monar-chiæ molem ſubſtineant, hoc vnum præſtat, Religionẽ tunſio-ne plurima ipſos ſolidaſſe. Hæc in opellæ noſtræ horoſcope in

Vir-

Virgine deſignatur; Virgo inquã cui Cęli Hiſpanici venerabundè ſè deflexerunt, quamque extorrem à Septentrione, Auſtriaca Gens ſemper adorauit, cui non ſemel, areſcentibus Aquilonis hortis, prę hæreſis vredine, ad Heſperidos traijciens, gemebunda affata eſt. *Veni Auſter, perfla hortum meum.* Licet profectò de Re politica agentes, exoſam Religionem ſint intuiti; verebuntur quomodo in hac ſerie, Politica ſit famulata Religioni. Illam in *Libræ* ſigno prænotaui, quodque pateat à Religione non eſſe diſſociandam, ponderibus librans ſuis præſignata eſt; Quæ enim pſeudopolitica adinuenietur, quæ fallax non ſit in ſtatera? Proſpero horoſcope, vſquemodò Sereniſſime Princeps, opus hoc inſcriptum, de Principe Probo, detrimenta non nouit; fauſto

Digitized by Google

omine,fęlicique auſpicio omnia occurrent, ſi Celſitudinis tuæ patrocinia impertiētur,opus inquàm, & Principis, & Religioſi indiget tegumento. In te miro ordine hęc omnia conſociantur; ſat Principem de re politica, & militari callentem, ſat Religioſum,modeſtia,& ſapientia compactum Orbis agnouit;ſat Italiæ fines talem experiuntur; dexteritatis enim tuæ vigili cura, vltrà Pharum Caſtellę Teſſera extollitur adorea, pacis enim fædera tū inuexiſti,Sydus Pacis;ſat Religioſum te plaudunt Melitenſis candida ſigna Crucis,non modò laticlauio tuo expreſſa, verùm in geſtis tuis ſtigmatica, Religioſiſſimum denique eiuſdem Hieroſolymitani ordinis, Caſtellæ,& Legionis ſupremum Priorem.Quę Celſitudini tuę Serenisſimæ obtuli, ad Noſtri Ca-

tho-

tholici, Potentisſimique Regis gloriam direxi: Tu qui in re hac partes meliores ſubſtines; *Qui doces manus ſuas ad prælium, & digitos ſuos ad bellum*, munuſcula hæc, qualia ſint, aſpice, excipe, foue.

Neap. Kalen. Noue. 1678.

Celſitudinis V. Sereniſsimæ.

Perpetuò obſequentiſs. Cliens
Io: Leonardus Rodoerius.

Digitized by Google

Digitized by Google

OPERIS INSTITVTIO

V. I. D. Abbatis D. Dominici Rondachi, Metropolitanæ Eccleſiæ Hydruntinæ Canonici.

P*Seudopoliticos hic ſiſtit Author, qui tamdiù refugam à* Religio*ne Politicam occuluere: Redux poſt tot caſus, ab eorum deluſa Commentis fictione poſtliminij ſibi indulta, noſtræ demum famulata eſt Religioni; Aulicis plane de rè politica orthodoxè ſentientibus, verſa pagella clarebit. Trimeſtri ſpatio opus fuit abſolutum, inſcriptum de Principe Probo; Tempora ſiquidem in quibus forenſis paleſtra conquieuit, prodigere ea* Anthor *noluit, ea è conuerſo eruditiorem reddiderũt, quò in ijs erudiri feſtinauit itaùt ipſi aptiſſimè conueniant, quæ ad Nepotianum tradidit D Hieronymus.* Aſſidua lectione, pectus ſuum Bibliothecam fecerat. *Emenſo opuſculo, ſi aliud fortaſſe cenſoribus politicis non ſupereſt, verebuntur quò pacto, tanti negotij teſſera, anguſtis ſit vallata liminibus, quodque conſtat Lipſios., Arniſ-*

niſſeos, Scombernerios Clampmarios exiguo ſpatio nequiſſe, hoc dumtaxat collatum ſit Rodoeric. *Quæ igitur in Auguſtanis monitis tradidit ſempiternæ memoriæ Carolus V. Sereniſſimo heredi ſuo Philippo, ab eiſdem fuit oblata facultas, vt opus prodiret, tantique Cæſaris mens auguſtiſſima commendaretur; quodque exultaret Orbis in Gente Auſtriaca, morum præſtantiam fuiſſe inditam, non quæſitam, exẽplaria denique probitatis, ipſam non accepiſſe, ſed magiſteria formaſſe. Non mediocris gloriæ ſortem* Authori *noſtro obtigiſſe veremur, aſſerta monita memoranti ſi L. Capitoni credamus; hic quidem recolens L. Syllani geſta æqualem laudis frugem collegit ac L. Syllanus, cum in eius Virtutis obeliſcum, ſtatuam in Foro Romano erexerit;* Sic Cornelius Titianus lib. 1. Epiſt. 17. Redditus eſt Lucio Syllano debitus honor, cuius immortalitati Capito proſpexit pariter, & ſuę; neque enim magis decorum, & inſigne eſt ſtatuam in foro Populi Romani habere, quam ponere. *Quæ vſquemodò in politicorum codicibus non vidimus, ducimur in hoc admirari: Si quidem de re politica ritè ſentientes, ipſam Religioni conſociari proſpexerint,* Authoris *noſtri*

re-

religioſa ſedulitas, huic Politicam coegit famulari. Sectum opus prodit in 25. capita, eaque ad Principum munus adeò collimantia, vt in ancipiti maneat, an Regnum Sacerdotio coaptaſſet, an hoc Imperio. Æque enim cum ardua potioraque perpenderit, ſic effuſo calamo abſoluit, vt nihil à Politicæ Iuribus abſtulerit, æquè omnia litauerit Religioni; adeò quippè Eccleſiaſticæ Hierarchiæ Vindex ſemper Author *extiterit, quæque ſæculari culmini ſunt reddenda ita vindicauerit, vt vereri locus iam ſuppetat, an ſibi magis debeat alterutra. Monita inquam quæ ſuperius memorauimus, ea fuiſſe animaduertimus in quibus peculiari ſtudio Piiſſimus Cæſarum Philippum Secundum erudiit, ſub datum Auguſtæ 18. Ianuarij 1548. ſat enim euincitur memorata monita fuiſſe exculta, cum in tot Sereniſſimis Regibus præfulſerint Exemplaria. Sæpius occurret in operis ſerie Gallum Brittannum allegari; hic profectò ad Federicum Quintum Comitē Palatinum Electorem quaſdam inſtructiones direxit, quæque ad paucorum notitiam hactenus peruenere, itaut Secretiſſimæ nuncupentur. Cæteræ verò Epiſtolæ, quas adhuc non vidimus, illæ præſertim quæ*

cap.7.& 12. recenſentur, nec apocrifas putes, nec Commentitias, æque planè veriſſimas, has enim cum innumeris ſcripturarũ exemplaribus, ſummo ſtudio, iugiſque expenſis, nouimus ad proprium cumulaſſe delectum Ioannẽ Leonardum Rodoerium, *Authoris Atauum, & Ioſeph Auum, vtroſque planè Viros omnigena eruditione, parique nobilitate præditos; hique ne præſeferrent degeneres à maioribus, Virtutum teſtimonia ab eorum præclara proſapia diſſociari non deſueuere.* Authoris *acre ingenium, donaque peculiaria, & inſita, & quæſita, longum foret retexere, licèt ipſe ab ineunte ætate ad virtutis metam de compendio appulſus. Quæ in forenſi paleſtra laudabiliter exercuit, ſpecimen inquam, quod in cõſu lendo, et orando in Sacri Senatus Neap. Comitijs dedit ſatis, opinari cauſas ſubſtulere, an alter Senatus euaſerit, an Chriſtianus* Cicero, *vtq; liqueàt vetuſtæ claritatis ſuæ mores excoluiſſe aptè à* D. Hieronymo *deſumpſimus Elogium.* Scintilla paterni vigoris lucet in filijs, & ſimilitudo morum per ſpeculum carnis erumpens, ingentes animos auguſto in corpore verſat. *Intereà alia duo prodient opuſcula, alterum de Principe Prouido, alterum de Principe Milite.*

AR-

ARGVMENTORVM,

ET

MATERIARVM

Elenchus.

CAP. I.

DE Probi Principis munere, quàm graue, moleſtumque ſit; & ad quæ Princeps teneatur, vt optimum ſortiatur regimen, & Principum Symbola diſtincta ſerie recenſentur: Denique, quod Principis nomen à nemine vſurpandum ſit, quia ſupremam Maieſtatem tantùm decet.

CAP. II.

Examinantur Politicæ Scientię difficultates, & pericula, quibus Politici Miniſtri ſubiacent; methoduſque traditur, qua minùs, aut rariùs offendant.

CAP. III.

Referuntur Romanæ Reip. Politicę

vir.

virtutes, illiuſq; monita ad optimam Gubernationem aſſequendam; & quarè cuncta Imperia, demum opus eſt declinent, examinatur.

C A P. IV.

De Religione: quod ea ſit principale fundamentum Politicæ Scientiæ, & firmitatis Imperiorũm: vnàque ſimul confutatur ſententia illorum, qui putant, Politicam a vera Religione abhorrere.

C A P. V.

De ſubditorum fœlicitate, aut lue ex Probo, aut Improbo Principe promanante, & qua ratione id eueniat.

C A P. VI.

De Catholicę fidei cultu, Sanctæque Apoſtolicę Sedis, Summique Romani Pontificis obſequio, quòd hęc Probum Principem potiſſimum deceant.

C A-

C A P. VII.

Direptionem Romæ illatã anno 1526. ab exercitu Inuictiſſimi Imperatoris Caroli V. contrà, & præter Cæſaris mentem eueniſſe, apertiſſime demonſtratur, & integra eiuſdem Imperatoris Epiſtola S.P.Q.R. ſcripta, refertur.

C A P. VIII.

Sede vacante, quid Catholicos, Chriſtianoſque Principes deceat, dum eligendus venit Summus Pontifex; quidue ſi aliquis Antipapa crearetur.

C A P. IX.

De cura extirpandi hæreſes à Principibus Temporalibus ſuſcipienda, tùm ad commodum Eccleſiæ, & Catholicæ fidei, tùm etiam ad Politici, & temporalis gubernij tranquillitatẽ; Iſtaque occaſione Hiſpanicum Tribunal Sanctiſſimæ Inquiſitionis, ab Hæreticorum nota vindicatur, & laudibus extollitur.

CA-

C A P. X.

De fide, potiſſimum a Principe ſeruanda, etiam inſidelibus, & Hęreticis. Refertur hiſtoria Lutheri, hac ratione libere dimiſſi; & quędam magni ponderis motiua reſoluuntur.

C A P. XI.

Curioſa illa Politica Controuerſia exàminatur, & diſcutitur; An Religionum, ſectarumqne diuerſitas poſſit, vel debeat in vna, eademque Ciuitate tolerari: Pro qua re plures diſtinguuntur caſus, & Iudęorum Romæ morantium mentio, cum ſua ratione fit.

C A P. XII.

De Eccleſiaſtica Immunitate, & libertate, religioſè a Principibus protegenda, & de Veneta contenctione, pro decretis anni 1602. & 1603. latiſſima inſtituitur pertractatio, & euentus refertur.

CA-

CAP. XIIII.

De regia protectione de condigno largienda ad fauorem Eccleſiæ, ſuæq; libertatis, & Immunitatis; Iſtaq; occaſione iucundisſimè oſtenditur, Eccleſiaſticum Ordinem, Eccleſiarum multitudinem, & Eccleſiæ præcepta, Politico, & Temporali gubernio collimare.

CAP. XIV.

De eadem Eccleſiaſtica libertate, Immunitate, & Auctoritate ab Eccleſiæ venerandis Præſulibus protegenda, ſi contendendi cauſas euitent, matura cunctatione tam in conferendis Ordinibus, quàm in promulgandis, ferendiſque cenſuris.

CAP. XV.

Bella, etiam iuſta, quantùm honeſtas permittat, eſſe euitanda; iniuſta verò nunquam excitanda, firmiſſimis rationibus, & præceptis inſinuatur, & reſoluitur damnata illorum opinio, vt Arma non ſint à legibus regulanda.

CA-

C A P. XVI.

Rebellibus Populis opem ferre, indiſcriminatim damnatur, tùm nempè ſi Religionem, tùm ſi Politicam inſpiciamus; & Rebellium Populorum conditio, curioſa oratione deſcribitur.

C A P. XVII.

De fœdere cum Turcis, aut Hæreticis non ineundo, & de illorum armis in auxilium non inuocandis: Turcarum conditio recenſetur, & an illorum arma, poſſint in auxilium conuocari à Religioſo Principe, qui ſuos Status à potentiori Hoſte detentos, occupatoſque habet.

C A P. XVIII.

De Chriſtianorum Princi pum fœdere, illorumque armis in Turcas vertendis. Obſtacula tolluntur, Mediaque inſinuãtur, quibus fæliciſſimè colligatio ſortiri poſſit.

De

Digitized by Google

C A P. XIX.

De Pacis præſtantia: quos effectus parturiat, & quibus rationibus Inuictiſſimus Imperator Carolus V. illam anxiè appetierit.

C A P. XX.

Superbia in Principe, quibus rationibus reprehenſibilis ſit, & noxia, peculiari tractatione diſcutitur.

C A P. XXI.

Ad matrimonium Princeps, quàm celeriùs ducendus, hortanduſque eſt, & quibus rationibus.

C A P. XXII.

De protectione Imbecillium, eorumq; tuitione in Potentes, & depreſsores, pręſertim a Baroum angarijs, qua occaſione illa iuris examinatur controuerſia, an Baro Tyrannus debeat cogi ad vendendum feudum; an potius debeat illo priuari, & quid ſi Vaſalli, Dominũ impoſturis temerè afficerent.

CA-

CAP. XXIIII.

De adęquata, atque congrua iubendi, & obſequendi ratione, & cuius cōditionis leges a Principe ferendæ ſint, vt illis ſubditi obſequi teneantur.

CAP. XXIV.

De venalitate Officiorum iuſtitiæ, quod Diuino, naturali, canonico, ciuilique Iuri, & Politicæ rationi aduerſetur; Abſurdaque recenſentur, quæ ex venalitate iſta ſequuntur, & de incommodis Reipublicæ reſultātibus.

CAP. XXV.

De cultu Iuſtitiæ, & Magiſtratuum creatione, latiſſima, & vtillima pertractatio.

Digitized by Google

Eminentiſ. Sig.

IL Dottor Gio: Lonardo Rodoerio, ſupplicando eſpone à V. E. come intende voler mandare alle ſtampe vna ſua Operetta intitolata (Princeps Probus, tractatus Politico-Religioſus) ſupplica perciò l'Eminenenza voſtra commettere la reuiſione di quella, vt Deus.

Sua Eminenza hà commandato, che ſi dia la reuiſione al Sig. D. Geronimo Borgia.

F. Scanagata Vic. Gen.

Giuſeppe Imperiale.

Eminentiſ. & Reu. Dom.

DOmini Ioannis Leonardi Rodoerij viri doctiſsimi, & in primis pij, legi, te iubente librum inſcriptum (De Principe Probo) inueni Authorem Iuriſconſultiſſimum (vt præclara ab eo edita legalia Volumina oſtendunt) Iuriſprudentiæ præceptis inſiſtentem ius ſuum cuique tribuiſſe; namque rebus grauiſſimis, ſtyli grauitatem, ſtylo graui, facilitatem perſpicuam, Principibus

Ec-

Eccleſiaſticis, & Temporalibus, quæ ſua ſunt, Politicæ Prudentiæ, Religionem, Religioni Prudentiā politicam reddidit. Sum itaque voti, librum (ſi Eminentiæ tuæ videbitur) prælio dandum, ità namque Neapolis ſub tuę munificentiæ Sole, præclaris in omni Diſciplinarum genere efflorèſcens ingenijs, Marques, & Sayauedras ab Hiſpania; à Belgio, Lipſios, & Grotios; ſimileſque à Regionibus alijs, non cogetur efflagitare. Vale Eminentiſs. Dom. vale Neap. Idibus Septembris 1678.

Eminentiæ tuæ Reuerendiſs.

Seruus addictiſſimus
D. Hieronymus Borgia.

IN Congregatione habita coram Eminentiſſimo Dom. Cardinali Caracciolo Archiepiſcopo Neapolitano ſub die 8. Octobris 1678. fuit dictum quod ſtante ſupradicta relatione, Imprimatur.

F. Scanagata Vic. Gen.

Giuſeppe Imperiale.

Ec-

Digitized by Google

Eccellentiſs. Signore.

IL Dottor Gio:Lonardo Rodoerio, ſupplicando eſpone à V. E. come nell'otij delle correnti Ferie, haue compoſto vn' Operetta intitolata (Princeps Probus, Tractatus Politico-Religioſus) ſupplica in tanto V. E. ſeruirſi di commettere la ſua reuiſione, a fine di ottenere il Regio Imprimatur. vt Deus.

Magnificus V. I. D. Æmilius Gaudioſus videat, & referat.

Galeota Reg. Carillo Reg. Valero Reg. Calà Reg. Soria Reg.

Prouiſum per S. E. Neap. die 9. Septembris 1678.

Maſtellonus.

Excellentiſs. Dom.

IVbente Excellentia Veſtra, perlegi Opuſculum (Princeps Probus) inſcriptum Politico-Religioſam doctrinam complectens, à celeberrimo Iuriſconſulto, & Cauſarum Patrono Ioanne Leonardo Rodoerio, elaboratum, quod quo puſillum, eo mirabili metho-

do

do grandiora, ſeriaque complectitur negotia ſuauiſſimè reſoluta, vt crediderim, nec plurima, nec maxima Politicę Volumina, vberrimo iſto ſucco pollere; Quoniam verò cuncta inoffenſo pede ſcripta fuiſſe reperi, ad Religionis, & Hiſpanicę Monarchiæ gloriã; Idcircò quamcitius pręlo dari poſſe ad communem profectum, cenſui, prout dijudicata fuere, laudibuſque a Noſtratibus celebrata duo alia Iuris Volumina ab eodem met Authore in lucem prodita; ſi ita tamen Excellentiæ Veſtræ videbitur. Neap. die 14. menſis Septembris 1678.

Excellentiæ Veſtræ.

Seruus humillimus

Æmilius Antonius Gaudioſus.

Viſa ſupradicta relatione, imprimatur, & in publicatione ſeruetur Regia Pragmatica.

Galeota Reg. Carrillo Reg. Valero Reg. Calà Reg. Soria Reg.

Prouiſum per S. E. Neap. die 1678.

Maſiellonus.

PRIN-

PRINCEPS PROBVS.

TRACTATVS POLITICO-RELIGIOSVS.

IO: LEONARDI RODOERII I.C. NEAPOLITANI.

De Probi Principis munere, quàm graue, moleſtumque ſit.

CAP. I.

1 MAgnũ ſanè probi Principis miniſterium, ac prominens ſplendor illius, quò conſpicuis præſtãtijs effulget, lõgè maiùs obſtruitur curarum caligine; vt proindè ſi commoda, cum ærumnis librare velimus, in his planè ſiſtet exceſſus: Politici enim omnes (ſi cunctos euoluamus) potiſſimùm conati ſunt exquirere, quæ peculiaria Principem decerent ſymbola, & profectò licet

 de-

cap.7.& 12. recenſentur, nec apocrifas putes, nec Commentitias, æque planè veriſſimas, has enim cum innumeris ſcripturarũ exemplaribus, ſummo ſtudio, iugiſque expenſis, nouimus ad proprium cumulaſſe delectum Ioannẽ Leonardum Rodoerium, *Authoris Atauum, & Ioſeph Auum, vtroſque planè Viros omnigena eruditione, parique nobilitate præditos; hique ne præſeferrent degeneres à maioribus, Virtutum teſtimonia ab eorum præclara proſapia diſſociari non deſueuere.* Authoris *acre ingenium, donaque peculiaria, & inſita, & quæſita, longum foret retexere, licèt ipſe ab ineunte ætate ad virtutis metam de compendio appulſus. Quæ in forenſi paleſtra laudabiliter exercuit, ſpecimen inquam, quod in cõſulendo, et orando in Sacri Senatus Neap. Comitijs dedit ſatis, opinari cauſas ſubſtulere, an alter Senatus euaſerit, an Chriſtianus* Cicero, *vtq; liqueàt vetuſtæ claritatis ſuæ mores excoluiſſe aptè à* D. Heronymo *deſumpſimus Elogium*, Scintilla paterni vigoris lucet in filijs, & ſimilitudo morum per ſpeculum carnis erumpens, ingentes animos auguſto in corpore verſat. *Intereà alia duo prodient opuſcula, alterum de Principe Prouido, alterum de Principe Milite.*

AR-

ARGVMENTORVM,
ET
MATERIARVM
Elenchus.

CAP. I.

DE Probi Principis munere, quàm graue, moleſtumque ſit; & ad quæ Princeps teneatur, vt optimum ſortiatur regimen, & Principum Symbola diſtincta ſerie recenſentur: Denique, quod Principis nomen à nemine vſurpandum ſit, quia ſupremam Maieſtatem tantùm decet.

CAP. II.

Examinantur Politicæ Scientię difficultates, & pericula, quibus Politici Miniſtri ſubiacent; methoduſque traditur, qua minùs, aut rariùs offendant.

CAP. III.

Referuntur Romanæ Reip. Politicę vir.

virtutes,illiuſq; monita ad optimam Gubernationem aſſequendam ; & quarè cuncta Jmperia, demum opus eſt declinent, examinatur.

C A P. IV.

De Religione : quod ea ſit principale fundamentum Politicæ Scientiæ, & firmitatis Imperiorum : vnàque ſimul confutatur ſententia illorum, qui putant, Politicam a vera Religione abhorrere.

C A P. V.

De ſubditorum fœlicitate, aut lue ex Probo, aut Improbo Principe promanante, & qua ratione id eueniat.

C A P. VI.

De Catholicę fidei cultu, Sanctæque Apoſtolicę Sedis, Summique Romani Pontificis obſequio, quòd hęc Probum Principem potiſſimum deceant.

CA-

C A P. VII.

Direptionem Romæ illatã anno 1526. ab exercitu Inuictiſſimi Imperatoris Caroli V. contrà, & præter Cæſaris mentem eueniſſe, apertiſſime demonſtratur, & integra eiuſdem Imperatoris Epiſtola S.P.Q.R. ſcripta, refertur.

C A P. VIII.

Sede vacante, quid Catholicos, Chriſtianoſque Principes deceat, dum eligendus venit Summus Pontifex; quidue ſi aliquis Antipapa crearetur.

C A P. IX.

De cura extirpandi hæreſes à Principibus Temporalibus ſuſcipienda, tùm ad commodum Eccleſiæ, & Catholicæ fidei, tùm etiam ad Politici, & temporalis gubernij tranquiilitatẽ; Iſtaque occaſione Hiſpanicum Tribunal Sanctiſſimæ Inquiſitionis, ab Hæreticorum nota vindicatur, & laudibus extollitur.

CA-

C A P. X.

De fide, potiſſimum a Principe ſeruanda, etiam infidelibus, & Hęreticis. Refertur hiſtoria Lutheri, hac ratione liberè dimiſſi; & quędam magni ponderis motiua reſoluuntur.

C A P. XI.

Curioſa illa Politica Controuerſia examinatur, & diſcutitur; An Religionum, ſectarumque diuerſitas poſſit, vel debeat in vna, eademque Ciuitate tolerari: Pro qua re plures diſtinguuntur caſus, & Iudęorum Romæ morantium mentio, cum ſua ratione fit.

C A P. XII.

De Eccleſiaſtica Immunitate, & libertate, religiosè a Principibus protegenda, & de Veneta contenctione, pro decretis anni 1602. & 1603. latiſſima inſtituitur pertractatio, & euentus refertur.

CA-

CAP. XIIII.

De regia protectione de condigno largienda ad fauorem Eccleſiæ, ſuæq; libertatis, & Immunitatis; Iſtaq; occaſione iucundisſimè oſtenditur, Eccleſiaſticum Ordinem, Eccleſiarum multitudinem, & Eccleſiæ præcepta, Politico, & Temporali gubernio collimare.

CAP XIV.

De eadem Eccleſiaſtica libertate, Immunitate, & Auctoritate ab Eccleſiæ venerandis Præſulibus protegenda, ſi contendendi cauſas euitent, matura cunctatione tam in conferendis Ordinibus, quàm in promulgandis, ferendiſque cenſuris.

CAP. XV.

Bella, etiam iuſta, quantùm honeſtas permittat, eſſe euitanda; iniuſta verò nunquam excitanda, firmiſſimis rationibus, & præceptis inſinuatur, & reſoluitur damnata illorum opinio, vt Arma non ſint à legibus regulanda.

CA-

CAP. XVI.

Rebellibus Populis opem ferre, indiſcriminatim damnatur, tùm nempè ſi Religionem, tum ſi Politicam inſpiciamus; & Rebellium Populorum conditio, curioſa oratione deſcribitur.

CAP. XVII.

De fœdere cum Turcis, aut Hæreticis non ineundo, & de illorum armis in auxilium non inuocandis: Turcarum conditio recenſetur, & an illorum arma, poſſint in auxilium conuocari à Religioſo Principe, qui ſuos Status à potentiori Hoſte detentos, occupatoſque habet.

CAP. XVIII.

De Chriſtianorum Principum fœdere, illorumque armis in Turcas vertendis. Obſtacula tolluntur, Mediaque inſinuātur, quibus fæliciſſimè colligatio ſortiri poſſit.

De

CAP. XIX.

De Pacis præſtantia: quos effectus parturiat, & quibus rationibus Inuictiſſimus Imperator Carolus V. illam anxiè appetierit.

CAP. XX.

Superbia in Principe, quibus rationibus reprehenſibilis ſit, & noxia, peculiari tractatione diſcutitur.

CAP. XXI.

Ad matrimonium Princeps, quàm celeriùs ducendus, hortanduſque eſt, & quibus rationibus.

CAP. XXII.

De protectione Imbecillium, eorumq; tuitione in Potentes, & depreſsores, preſertim a Baroum angarijs; qua occaſione illa iuris examinatur controuerſia, an Baro Tyrannus debeat cogi ad vendendum feudum; an potius debeat illo priuari, & quid ſi Vaſalli, Dominũ impoſturis temerè afficerent.

CA-

CAP. XXIII.

De adęquata, atque congrua iubendi, & obſequendi ratione, & cuius cõditionis leges a Principe ferendæ ſint, vt illis ſubditi obſequi teneantur.

CAP. XXIV.

De venalitate Officiorum iuſtitiæ, quod Diuino, naturali, canonico, ciuilique Iuri, & Politicæ rationi aduerſetur; Abſurdaque recenſentur, quæ ex venalitate iſta ſequuntur, & de incommodis Reipublicæ reſultātibus.

CAP. XXV.

De cultu Iuſtitiæ, & Magiſtratuum creatione, latiſſima, & vtillima pertractatio.

Eminentiſ. Sig.

IL Dottor Gio: Lonardo Rodoerio, ſupplicando eſpone à V. E. come intende voler mandare alle ſtampe vna ſua Operetta intitolata (Princeps Probus, tractatus Politico-Religioſus) ſupplica perciò l'Eminenenza voſtra commettere la reuiſione di quella, vt Deus.

Sua Eminenza hà commandato, che ſi dia la reuiſione al Sig. D. Geronimo Borgia.

F. Scanagata Vic. Gen.

Giuſeppe Imperiale.

Eminentiſ. & Reu. Dom.

DOmini Ioannis Leonardi Rodoerij viri doctiſsimi, & in primis pij, legi, te iubente librum inſcriptum (De Principe Probo) inueni Authorem Iuriſconſultiſſimum (vt præclara ab eo edita legalia Volumina oſtendunt) Iuriſprudentiæ præceptis inſiſtentem ius ſuum cuique tribuiſſe; namque rebus grauiſſimis, ſtyli grauitatem, ſtylo graui, facilitatem perſpicuam, Principibus Ec-

Eccleſiaſticis, & Temporalibus, quæ ſua ſunt, Politicæ Prudentiæ, Religionem, Religioni Prudentiā politicam reddidit. Sum itaque voti, librum (ſi Eminentiæ tuæ videbitur) præio dandum, ità namque Neapolis ſub tuę munificentiæ Sole, præclaris in omni Diſciplinarum genere efflorefcens ingenijs, Marques, & Sayauedras ab Hiſpania; à Belgio, Lipſios, & Grotios; ſimileſque à Regionibus alijs, non cogetur efflagitare. Vale Eminentiſs. Dom. vale Neap. Idibus Septembris 1678.

Eminentiæ tuæ Reuerendiſs.

Seruus addictiſſimus
D. Hieronymus Borgia.

IN Congregatione habita coram Eminentiſſimo Dom. Cardinali Caracciolo Archiepiſcopo Neapolitano ſub die 8 *Octobris* 1678. *fuit dictum quod ſtante ſupradicta relatione, Imprimatur.*

F. Scanagata Vic. Gen.

Giuſeppe Imperiale.

Ec-

Digitized by Google

Eccellentiſs. Signore.

IL Dottor Gio:Lonardo Rodoerio, ſupplicando eſpone à V. E. come nell'otij delle correnti Ferie, haue compoſto vn' Operetta intitolata (Princeps Probus, Tractatus Politico-Religioſus) ſupplica in tanto V. E. ſeruirſi di commettere la ſua reuiſione, a fine di ottenere il Regio Imprimatur. vt Deus.

Magnificus V. I. D. Æmilius Gaudioſus videat, & referat.

Galeota Reg. Carillo Reg. Valero Reg. Calà Reg. Soria Reg.

Prouiſum per S. E. Neap. die 9. Septembris 1678.

Maſtellonus.

Excellentiſs. Dom.

IVbente Excellentia Veſtra, perlegi Opuſculum (Princeps Probus) inſcriptum Politico-Religioſam doctrinam complectens, à celeberrimo Iuriſconſulto, & Cauſarum Patrono Ioanne Leonardo Rodoerio, elaboratum, quod quo puſillum, eo mirabili metho-

do

Digitized by Google

do grandiora, ſeriaque complectitur negotia ſuauiſſimè reſoluta, vt crediderim, nec plurima, nec maxima Politicę Volumina, vberrimo iſto ſucco pollere; Quoniam verò cuncta inoffenſo pede ſcripta fuiſſe reperi, ad Religionis, & Hiſpanicę Monarchiæ gloriã; Idcircò quamcitius pręlo dari poſſe ad communem profectum, cenſui, prout dijudicata fuere, laudibuſque a Noſtratibus celebrata duo alia Iuris Volumina ab eodem met Authore in lucem prodita; ſi ita tamen Excellentiæ Veſtræ videbitur. Neap. die 14. menſis Septembris 1678.

Excellentiæ Veſtræ.

Seruus humillimus

Æmilius Antonius Gaudioſus.

Viſa ſupradicta relatione, imprimatur, & in publicatione ſeruetur Regia Pragmatica.

Galeota Reg. Carrillo Reg. Valero Reg. Calà Reg. Soria Reg.

Prouiſum per S. E. Neap. die 1678.

Maſiellonus.

PRIN-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PRINCEPS PROBVS.

TRACTATVS POLITICO-RELIGIOSVS.

IO: LEONARDI RODOERII I.C. NEAPOLITANI.

De Probi Principis munere, quàm graue, moleſtumque ſit.

CAP. I.

1 MAgnũ ſanè probi Principis miniſterium, ac prominens ſplendor illius, quò conſpicuis præſtãrijs effulget, lõgè maiùs obſtruitur curarum caligine; vt proindè ſi commoda, cum ærumnis librare velimus, in his planè ſiſtet exceſſus: Politici enim omnes (ſi cunctos euoluamus) potiſſimùm conati ſunt exquirere, quæ peculiaria Principem decerent ſymbola, & profectò licet

decoris multa, oneris tamen lõgè plurima adinuenere; quin illa met, quæ præſtantiam, decuſq; ſignant, moleſtiſſima experiuntur, ac velut medica sũt catapotia, quæ auro illita, non niſi nauſeam deliteſcere ſapiunt: Principis itaq; miniſterium nil prorſus, niſi onus liquet ſpopondiſſe.

2 Theſis hæc apertiſſimè clarebit, ſi perpendere velimus, præclariora ſymbola, aures tantiſper oblectantia: hæc inquam ad tria reducũtur, vt nempè ſit Princeps, velut maius Luminare in Cœlo, quaſi Anima in homine, ac velut Oculus in corpore, teſte *Gaſpare Enſ. in Moroſophia lib. 1. fol. 185.* Grauiora tamen, quæ aures faſtidiunt, quæquè animum perturbant, hæc enumerantur: vt ſit Princeps qualis Nauarchus, Paſtor, Medicus, Tutor, velutq; humanum Corpus: de quibus *Ribadeneir. in Principe Chriſtian lib. 1. cap. 13 fol. 65.* Cæteriq; paſſim.

3 Modò autem, ſi ſingula examinemus, conſenſient planè omnes, nequaquam eſſe inuidendum: Accedãt priora tria, quæ præſtantiſſima nuncupauimus; Principem, ſcilicet, Solis inſtar eſſe, ſtatimque moleſtiſſimum profectò munus experietur; Proſpera ſiquidem

dem non omnia nouerit, viceſque ſuas diei ac noctis, Eclypſaque quoq; patietur, vt Sol.

4 Præterea nec ambigimus, Solis ſimilitudinem, Miniſterij præſtantiam indicare, at ſimul dignitatis munia; cum neminem Solis Officium lateat, vt ſuper bonis, & malis oriatur, ſuperque potentibus, & imbecillibus irradiet; Indè apertè colligitur, Principis eſſe, ſuper priuatis ſubditorum ægeſtatibus peruigilem, ab omnibus experiri. *D. Ambroſ. ſuper Pſalm.* 57. & *Tucidid. lib.* 1. *n.* 78.

5. Hoc idem præſignat Animæ Symbolum; Princeps ſiquidem, (collata ſimilitudine,) totus in toto, & totus in qualibet parte totius Reipublicę eſſe debet, ad ſingula, & vniuerſa ęqualiter intendens, velut Anima totum corpus, & ſingula membra informãs: Prętereà ſicut Animæ notione, partem Spiritualem, & intellectiuam colligimus, nam corpus partem animalem, & infimam dicit; ſic intuemur, Regnantiũ ſublimitatẽ ſuis nõ carere paſſionibus, velut Populorum tumultibus, Rebellionibus, ſeditionibus obnoxiam, & factioſis tractatibus ſæpè inuolutã; perindè ac in animam, rebelles dominan-

tur ſenſus, qui ſpretis rationis confinibus, optimam partem inflectunt, & perturbant.

6 Demum, quid aliud eſt, Principem Oculo comparari, niſi ipſum præceptis plurimis reuinci? licet enim, velut excellentius membrum, in ſuprema corporis parte poſitum, cęteris pręſtet, & dominetur; tamen vt candelabrum eſt, ſuprà montem poſitum, non vt ſibi præſtò ſit, ſed vt cæteris luceat, qui in domo ſunt, ac vt ſupèr cunctis corporis neceſſitatibus inuigilet: Hac prorsùs ratione, à natura peculiaribus, certiſque aptis neruulis oculus munitus agnoſcitur, quibus ſurſum, inferiùs, & vndequaquè conſpiciat, facilemque ad totius corporis tutamen habeat obtutum, teſte *Galeno lib.* 10. *de vſu part. humanar. cap.* 8. & poſt eum *Veſſalio* & *Veſſeo.* Itaq; prout de Sole, ac de Anima diximus, nunc de oculo affirmamus, vt illius inſtar probum deceat Principem, ſupèr cunctis myſtici Reipublicæ corporis partibus, motibus, moribuſque peruigilem eſſe.

7 Rursùs nec ſpernenda ponderatio eſt, ceruleum, rubrumque colorem, præ cęteris formoſum, ac delectabilem reputari; Nigrum verò moleſtum: At ſi ſpe-

ſpecioſum oculum exoptemus, nigredine præſtare neceſſe eſt; Vndè de Venere fabulantur.

Nigriocula Veneris

8 Quo planè duo apertiſſimè colligimus. Primum, tunc quempiam Probum effici Principem, ſi ea, ſuper quibus delectamur, deſeret, ac in ſerietatem conuertet. Secundum verò, quo indicatur, ſummam exigi in Principe conſtantiam, nam ſi eruditiſſimo *Cæſari Ripa* credamus *in ſua Iconologia*, Solus niger color hac virtute præſtat; quiſq; enim color in alium facilè vertitur, haud verò niger, vt meritò conſtãtiæ ſymbolum ſit.

9 Demùm, quid aliud in oculi figura ſpectamus, quàm ſummam in Principe modeſtiam? idem *Ripa*. hac ratione, ſuprà Sceptrum, oculum collocat, vt in præcepto ſit Imperantibus, modeſtia moderate; ad quod alludit *Tucidid. lib. 1. num. 56. fol. 46.* vbi Regis Archidami verba refert, ſuis dicta Spartanis, quibus potiſſimùm de modeſtia gloriabatur, & ad propoſitum *Dyon de Regno orat. 3. fol. 38.* memorandam hanc protulit ſententiam: *Cui opus eſt modeſtia contentiore, quàm ei cui omnia licent?* Magnoque Ale-

xandro ſe Iouis filium iactanti, *Diogenes* reſpondit. *Si fueris modeſtus, & fortis, & Iouis regiam artem didiceris, nil prohibet te Iouis eſſe filium* teſte eodem *Dyon. orat. 4 fol. 66.*

10 Præter hæc, modeſtia in Principe exigitur ad Imperij incrementum; Populi inquàm, modeſto, moderatoq; ſe offerre Principi, proni sũt, quin, & ipſis optantibus, Antonino eueniſſe legimus apud *Guald. in Cronog. Pol. Rege Athanaſio defuncto*, his verbis: *Antonini amicitiam ambierunt etiam Bactriani, & Hircani tantùm poteſt Iuſtitia, & Modeſtia.* Et apertiùs idem de Theodoſio habemus apud *Oroſ. lib. 7. cap. 35.* dicentem: *Et vniuerſę Gothorum gentes, videntes virtutem benignitatemquè Theodoſij, Romano ſe dediderunt Imperio.*

11 Mirabile quidem eſt referre, quantùm Principis Imperio modeſtia conferat, petulantiores enim, moleſtioreſque ſubditos, modeſtos reddit. *cit. Dyon. orat. 3. fol. 37.* quin, & firmiſſimo potietur imperio, quo obedientes gaudeant, vt de Romana Republica dicebat *Salluſt. in Catil. num. 9. fol. 4.* & collimat illud *Seneca ad Neronem*, dicentis, *Nil eſt pulcrius, quàm*

vt-

viuere optantibus cunctis.

His plenè ſatiſſimè oſtendimus, tria illa præſtantiſſima Symbola, curarum, moleſtiarumque eſſe compendium: Nunc ad alia, oneroſa transſeamus.

12 Et in primis, Nauarco Principem comparauimus, cuius munus, profectò pergraue eſt; ad ipſum ſanè ſpectat, dormientibus, & quieſcentibus his qui vehuntur, Nauim regere, ac in mari, ſummo ſtudio, vigiliaq; conſpicere, vt iter fæliciùs expleant; Hinc inoleuit Politica illa Sententia: *In naui, licet vectoribus abſq; cura agere, Nauclero autem, neceſſe eſt aſpicere in Mari*; Itaque ſi Princeps inexpers ſit, eique regendi artes non ſuppetant, idē planè erit regere, ac demergi, *Dyon. orat. 4. de Regn. fol. 66.*

13 Prætereà, velut tutor Princeps eſt, *Ribaneir. ſup. cit.* At quid tutela grauiùs, atque moleſtiùs? Etenim ſi Iuriſprudentiæ Tyrones adeantur, ab his quiſque percipiet, tutoris munus, quanti ponderis ſit, datur vt defendat, laboret, inuigilet, nè qui ab eo tuentur, lędi, vel conculcari contingat. *Rem pupilli ſaluam fore*, inquit I.C. Itaque ſi vt tutor ſe habet Princeps, hæc omnia

proſequi eum oportet, & commendatam inceſſanter habere: Audiamus *Senec. in Conſolat. ad Polib. cap. 26.* ſic alloquentem. *Bonus Princeps, omnium domos ſua vigilia defendit, omnium ocium, ſuo labore, omnium delicias, ſua induſtria, omnium vacationem, ſua occupatione.* Quin ſui ipſius propè obitus, totum intentum, commiſſo Populo largiri, ſtudio, & cura, Probum Principem decet; iuxtà ſenſum *Cic. 1. de Offic.* dicentis, *vt tutela, ſic procuratio. Reip. ad vtilitatem eorum qui commiſſi ſunt, non ad eorum quibus commiſſa gerenda eſt.* Idemque *Cic. in Epiſ. ad Q. Fratr.* de eadem re agens, inquit. *eò referenda ſunt omnia ijs. qui præſunt alijs, vt ij qui erunt eorum in Imperio, ſint quàm beatiſſimi.* & iterum *Senec. de Clement.* ab Imperante cogitari vult, non ſuam eſſe Rempublicam, ſed ſe Reip. ac velut tutor, hoc ſibi perſuaſum oportet eſſe, vt Populus, haud commodi ſui cauſa, conſtitutus ſit, ſed ipſum Imperantem, Populi gratia, prout elegantiſſimè ſcripſit *Gaſp. Glok. in tract. Polit. de contr. cap. 1. num. 68. & 69.*

14 Et probi Principis exemplo, ſic Magiſtratus, non priuatis vtilitatibus,

ſed

Digitized by Google

ſed Populi commodis ſtudere debent *Non ſibi, ſed alijs conuenit laborare,* dicebat *Ariſt. 5. ethicor. cap. 6.* aliàs 10. & *Cato*, ſententiosè monitum reliquit, vt probi Magiſtratus, pię cura publicarum rerum, priuatarum obliuiſcantur; apud *Plutarc. in Caton. Maior. n. 4.*

15. Rursùs Paſtoris officio, illud probi Principis comparatur, iuxtà *Ribadeneir.* Sententiam, *loc. cit.* id quod, non ſolùm moleſtiarum munus eſt, quo commiſsæ oues, hac cuſtodia, tutæ ſint, ſed amoris quoque, enixæque charitatis Symbolum: de Paſtore enim dicitur, quod, *animam ſuam dat, pro ouibus ſuis. Ioann.* 10. Denique oſtenditur, quod Paſtoris inſtar, probo Principi conueniat, ſubditos ſua cura depaſcere, & ſaginare, non verò deglubere, de qua re, in ſequenti *libro, de Principe Prouido*, ſermonem Deo dante, inſtituemus.

16 Porrò Principem, velut humanum corpus eſſe, alij edocent, hac ſolũ ratione, vt ſicut ſi vna auricula corpori amputaretur, ſtatim monſtruoſum euaderet, vt benè *Roland. à Vall. dicebat.* Sic Princeps, audire, conſpicere, operari, & occurrere, ſuper cunctis ità debet, nè quaſi aures, manus, pedeſque

Digitized by Google

amputatos, erutoſque oculos habens, de Principe, in monſtrum deſcendat

17 Demum, cum ipſa quòque Reſp. humano corpori comparetur, pro vt eruditiſſimè demonſtrat *liberat. de liberat.* vir Medicò politicus, in *tract. de podagra Polit. in proloq. lib.* 1. per conſequens decet, vt Princeps ſuper Remp. velut Medicus inſtet, pręſtòque ſit, *Ribadeneir. loc. cit.* Hinc ſolicitudinum, curarumq; moleſtiſſimus paratur cumulus, nempè.

18 Super Reip. vitijs cunctari, vt incolumis ſeruetur, *Dyon. Chriſoſt. orat. 3. de Regn. fol.* 40.

19. Cum in ægritudine eſt, malorum cauſas inquirere, vt quibus vitijs amiſſa, aut corrupta Reſp. eſt, contrarijs virtutibus reparetur, & vindicetur, iuxtà ſenſum *Sturm. orat. 3. f.* 183. alluditque ad Galenicum præceptum, quo contraria, contrarijs curari ſuadetur.

20 Vitijs ſublatis, Remp. ad priſtinum ſinceræ, tranquillæque ſocietatis ſtatum reducere, eamque reſtaurare, *Ità à vitijs* (quidam Politicus dicebat) *curemus, & emendemus præſentem Remp. vt ad principia ſua reuertatur, recuperabit ipſa antiquam dignitatem*

teſte

teſte *Cannoner. in* 1. *aphoris. Hyppocr. fol.* 496. *&* 595. Imperium enim, ijs artibus reſtauratur, & retinetur, quibus partum eſt, *Saluſ. de* Rep. *ordin.* & *Polib. lib.* 10.

21 Reſtauratam Remp. præſeruãtibus munire remedijs: *Magis* (inquiunt) *curant qui præſeruant, quam qui curãt.* Anſa enim hoſti præbetur, inuidendi Regnum non benè munitum, quia prædæ facilitas, excitat ambitionem, & nolentis quoque Principis appetitum, ad acquiſitionem vellicat: Hinc ærario, annonæ, & militiæ, in tranquillitate incumbendum eſt; hæc Remp. tutam præſeruant.

22 Feces quoque, quæ in Myſtico Reip. corpore ſunt, depurare, Principi præcipuum eſſe debet, vt quoad fieri poſſit, in puritate ſeruetur; Nam ſi *Galeno* credamus in *lib. de differ. febr. cap.* 4. de impuris corporibus loquens, Hæc ſtatim, à prima inſpiratione, principium putredinis ſumunt, & plurimũ in malo procedunt, deindè ſubnectit. *Quæcumque autem munda ſunt, & ſuperfluitatibus carentia, non nulla quidem nihil, non nulla verò minimum mali ſentiere.* Neque aliter in noſtro myſtico corpore fit, quam peſſimorum

hominum nece: Hi namque ſunt Reip. feces, & excrementa.

23. Si quid noxium, & tumultuoſum inſurgat, ſtatim de cauſa, & origine percunctari, vt eam amputet, & diſperdat; pro vt in cunctis ægritudinibus apud peritos medicos, in præcepto eſt; quod non aliter obtinetur, quàm ſi *Tacit.* monitum ſeruabit, *hiſtor. lib.* 7. & curabit ut *noua cupientibus, auferatur Dux, & Author.*

24 Prauos quoque Reip. humores, vtpotè Ciuium factiones, diſcordias, ſeditioneſque ſenſim, leniterque, aut ſi neceſſitas vrgeat, prudenti impetu, in officio reducere debet; hoc tamen ordine ſeruato, vt ſi modica cõtentio, vel ſeditio ſit, lænitate diluuatur; magis enim è re eſſe cenſuerunt Sapientes (inquit *Cic.* 1. *de offic.*) ſenſim diluere, quam repentè præcidere, & *Tacit. annal.* ad idem alludens dixit. *Quia ſepè, modicis remedijs, primi motus conſedere.* At ſi nimium inſaluiſſet, tunc extrema, fortiaque remedia, ſuſcipienda ſunt, vt conquieſcat, eodem *Tacit.* docente, *hiſtor. lib.* 7. In magnis diſcordijs ciuilibus, nil feſtinatione tutius. *Idem* apertiùs *lib.* 1. monet. *Dum fortis eſt ſeditio, fortioribus remedijs eſt agẽdum*

dum. & demum ipſemet, *in 2. annal.* Sic loquitur *In flagitijs manifeſtis, auxilium ab audacia petendum.*

25 Latentes quoque peccaminoſos humores, vtpotè prauos Ciues, non adhùc palàm criminibus inuolutos, ſed qui ſuper exceſſibus, & ſeditionibus meditantur, ſtudio, & arte, à Rep. remouere, illos ad extremas Prouincias mittere, aut ſeruitio externi belli alligare, T*acit. 3 hiſtor.* perindè ac medica ars, humores huiuſmodi, ab humano corpore, prudenti reuulſione, per fonticulos eripit, & intercipit, ſic docente *Galen. in lib. de ruulſ. cap. 2.* & *lib. 1. de humor. c. 13.* his verbis. *Acria medicamenta, manibus, & pedibus applicantur, gratia euulſionis à Capite, & à ventre.*

26 Super potentibus, primiſque Reip. Ciuibus inuigilare eum oportet, vtpotè myſtici huius corporis partibus principalibus, de quibus meritò dicitur, vt quidquid excrementoſi congerunt, ſtatim in articulos emittant, factioſaque harum nobilium partium diſcordia, articulis, cæteriſque ignobilioribus partibus, exitioſa ſit: Hoc itaque exemplo, intendant Principes, nè Potentes, nobilioreſque Ciues, in factiones

nes, & certamina ruant; hæc enim Populo, & Plebi, ſuſpecta ſunt: Reminiſcor quidem vetuſtæ legis. ſecundum quam, plures regebantur Reſpublicæ, & in diuturna ſeruabantur tranquillitate, vt Potentiores, ditioreſque Ciues, extrà Ciuitatem exularentur, non quidem ad pænam, ſed ad pacis commodum, de qua re, larga manu *Paruta in diſcurſ. Polit. lib. 1. diſcurſ.* 15.

27 Moderatam, honeſtamque fælicitatem, non verò luxum, intèr Populum tolerare diſcat. Sicut enim in Crapulis, & conuiuijs, nimia repletione corpus defatigatur, vndè ſtatim cuncta mala promanant; Sic, nulla res (*Flor.* inquit) magis ciuiles furores peperit, quam nimia fælicitas: luxurians ergò Populorum debacchatio, irreparabiliũ malorum, fecunda Mater nuncupatur, Remque publicam, ad exitium perducit; Vndè illud *Vatis.*

Turpi fregerunt Secula luxu.
Diuitiæ Molles.

28 Concordiam inter Ciues nutrire. Hæc in Rep. ſic ſe habet, velut in humano corpore, concordia humorũ, qua ſublata, repentè moleſtiſſimis affligimur ægritudinibus, vt meritò *Liui. lib.* 2, dixerit. *Non niſi, in Concordia*

Ci-

Ciuium, ſpes reliqua Reip. Quin diuinarum omnium, humanumq; legum, ſumma, & ſcopus eſt, amicitiam, Ciuilemq; concordiam conſeruare, hinc ſuprema lex, hinc Reip. ſalus pendet.

29 Denique ſicùt aeris ſalubritati, probum Medicum ſtudere decet, ſic illius exemplo, Politico Reip. Corpori, ſalubrem aerem cuſtodire debet Princeps: At quomodò ad Myſtici huius corporis interitum, tabeſcet, & deprauabitur aer? Cœlũ Reip. eſt ipſe Princeps, vt acutiſſimè ponderauit *Matth. Peregrin. in tract. Princip. & ſubdit. lib. 1. cap. 1. n. 4.* Ergò nec alitèr, exitioſus, impuruſq; fiet, quàm ex Principis inclementia, ſegnitie, fędaq; vita. Sub his Populorum interitus, lues, & ruinæ latent, ac velùt ab inſenſibilis peſtilentis aeris attractione, interimuntur.

30 Omnia autem, quæ ſigillatim hactenùs conſiderauimus, validiſſimè vnico ſermone comprobantur *Cicer.* ſententia, qui tam *in tract. de Rep.* 5. quàm 8 *ad Attic.* ità ſcriptum reliquit. *Vt Gubernatori Curſus Secũdus, Medico ſalus, Imperatori victoria, ſic Moderatori Reip. beata Ciuium vita propoſita eſt, vt opibus firma, copys locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit Reſpublica.*

31 Rur-

31 Rurſus ad hoc ipſum alia conducit ſentẽtia *Gaſp. Enſ. in Moroſophia lib. 1. fol. 184.* in hæc verba. *Non vetuſtas, imagineſq; non Sceptrum, non Diadema, animus Sapientia præcellens, animus pro publica vtilitate ſemper ſolicitus, & nihil ſpectans, niſi cõmune bonum, Principem facit.*

32 Sed elegantiùs in hunc modum fatur *Sturm. in Prolog. Ioric. fol. 44. Bonus Princeps adiuuat, & opem fert liberalitate, & munificẽtia ſuas opes, Ciuium ſuorum opes putat, ſuum ociũ, Ciuium ocium, & Ciuium ſuorum felicitatem, quaſi ſua ſit, eum decet tueri; Id Regium, id Imperatorium eſſe putãt Principes, altis mentibus præditi.* In eundemq; ſenſum collimarunt *Mydẽdrop. quaſ. 15. fol. 166.* & *Marſ. Gallic. lib. 2 cap. 19.*

33 Idem enixioribus planè verbis *Dyon. Chriſoſ orat. 4. de Regn. fol. 44.* ſic monet. *Princeps curam gerat ſalutis, & vtilitatis ſubiectorum, Illis cõmunicet ſuam felicitatem, neq; ſeparet ſuam ipſius & ſubiectorum vtilitatem, ſed tunc maximè gaudeat, exiſtimetq; ſe optimè viuere, quandò videt benè viuere ſubiectos, hic Maximus eſt, Rex.*

34 Itaq; concludit idem *Dyon.* vt di-

dignior habeatur Princeps, qui plus habet propter Principatum, non pecuniarum, neque voluptarum, ſed ſedulitatis, atq; curarum; Quam ſententiam, ſequutus Auſtriacus Imperator Carolus V. Religioſæ Politicæ, verè præceptor, Immortalis, & glorioſæ memoriæ, in vltimo vitæ ſuæ elogio fallus fuit, quod anxiùs cupiebat, Philippum II. filium ſuum, virtutum prę ſidio muniri, quam diuitiarum amplitudine, vt in teſtamenti nota, relata à *Param. de orig. Sanct. Inq. lib. 2. tit. 3. c. 2. n. 18.*

35 Sanè haud inuidenda, ſed quidē commiſerenda Principum cōditio, periculis, oneribus, & paſſionibus onuſta; hæc gloria caret, ni præ ſuſceptis curis, moleſtijſque, glorioſa efficiatur: Itaq; hac ratione inuidēda, vt quò moleſtior, ſi tamen probitate expleatur, vberiùs pro ſuo miniſterio, à Deo, ętena aſſequentur præmia, *D. Thom. de Regim. Princip. lib. 6. cap. 8.*

36 Inuidenda quoq; hac alia ratione, Principis conditio eſt, quòd ipſe dumtaxàt, inter tot hominum millia, *Princeps* nuncupetur, quodquè eò pręcellentis nominis caractere effulgeat; Illud ſanè ſibi vſurpare, nulli indulgetur, niſi ſui tituli adiecta dictione Cę-

terum, in abſoluto, puroq; vocabulo, *Principem* aliquem appellari, crimen foret, ſupremæ vſurpatæ dignitatis.

37 Memoria recolimus, Excellentiſſimum illum, olim in hoc eodem Regno, Primum, Præcipuumq; Regis Catholici Miniſtrum, Onattæ Comitem, virum de Politica ſcientia optimè meritum, quem cum plures, adulandi quidem gratia, *Principem* appellarent, velùt præexcelſæ Maieſtatis Vindex, turbato aſpectu, ſe nō Principem, Principis verò Miniſtrū fore, reſpōdiſſe, eximiaq; in eos increpatione inuectū ſcimus quod talia fari, auſi forēt: Spectata quidem modeſtia, poſteris quoq; ſuis indita, & in hęreditatem protracta; Pręclaræ ſiquidem huius virtutis formam, ab Auo eductam, ſimillimam in Nepote conſpicimus, Illuſ. Dom. D. Beltrano de Gueuara, Claſsis Hiſpanæ Generali Vicario planè digniſſimo.

38 Succurrit quoque ad idem, id quod exacto ſæculo accidit, Regias, Imperatoriaſq; vices, tunc temporis in hoc Regno ſubſtinente, Excellentiſſimo D. Petro de Toledo, cuius illibatos mores, Conſtantemq; in agendis negotijs animum, vt aliqui inficiarent, Imperatori Numiſma oſtenderunt, Tole-
di

di imagine ex vna parte, & ex altera, proſtrata, inuerſaq; iuſtitia, ab eodem Toledo erecta, cum orbita inſcriptione. *D. Petrus Toledus, Optimus Princeps, erector Iuſtitiæ* Vt præceteris hiſtoricis, *Caſtaldus* teſtatur; Intendentes hac ratione, Viro illi Præclariſſimo in crimen tribuere, quòd ſibi, Regium vſurpaſſet culmen.

39 At quoniam pro certo habemus, clariſſimam D. Petri Proſapiam ex Greciæ Imperatoribus (qui *Paleologi* cognominabantur) originem traxiſſe, nil ſanè mirùm, quòd in vetuſtiſſimi culminis memoriam, in priuato Numiſmate, ad ſui ipſius delectū cuſſo, *Princeps* nuncuparetur; Haud ergò eius rei Zelotypus fuit Generoſiſſimus Imperator, vtpotè qui, ſtabilem D. Petri deuotionem, ſatiſſimè expertus erat: Vnicum intèr mille preſtet teſtimoniū, memoria recolendum, quòd capto in bello Ticino Franciſco Gallorum Rege, ab Imperatoris exercitu, licet illum Hiſpaniam aduectum cuncti Magnates veneratione viſiſſent, D. Petrus tamèn eius officij impatiens, eoque derelicto, animum ſibi non ſuppetere inquiebat, cum veterrimo Regis ſui Hoſte, bifacie, circuitionibus tractare.

Digitized by Google

Recenſentur Politicæ Scientiæ difficultates, & pericula, quibus Politicè Miniſtri ſubiacent, methoduſq; traditur, qua minùs, aùt rariùs offendant.

CAP. II.

1. POlitica Scientia, Moralis Philoſophiæ pars principalis, & Iuriſprudentiæ anima, ſic dicta, quod Polum, ſeù Populos, humanamque ſocietatem dirigat, & manuducat, ſuum habet obiectum, Regendi, parendique finem; Hic enim mutuus cõtractus eſt, quo Principes bene regere, & ſubditi parere obligantur, quo etiam iubendi, parendique ordinata ratio preſcribitur. *Lipſi. Ciuil. doctrin. lib.* 2. *cap.* 2.

2 Quoniam verò difficilius regitur, quam perfectè obtemperetur, eò quòd facilè ducuntur homines ad obedientiam Principis benè regnantis, diſciplina Politica adinuenta eſt, qua Principes optimum aſſequuntur regimen; Populis verò Iura haud aſpera proponuntur, quibus eis parendi neceſſitas inferatur.

Digitized by Google

3 At cùm poſterior hæc pars indagatione non egeat, quia obedientia à ſubiectis bono Principi exhibenda eſt, cùm & hæc ſubiectorum gloria reputetur, abſolutè parere, cunctatione poſtpoſita, quarè, qualiter, vel quamdiù obſequendum ſit, hinc priorem *Po*liticæ partem, planè difficiliorem eligimus diſcutiendam, vtpotè quæ regendi dogmata, mores, motuſque Principibus, ſuiſque ſtatus miniſtris aſtruit, ac oſtendit.

4 Difficiliorem hanc partem cenſuimus, nec immeritò; adeò enim Sciētia hæc *P*olitica arcanis, & inuolucris ſcatet, vt, licèt monita contineat generaliter indubitata, in praxi tamen vſurpata, non ſemel fallunt, vnicumque ſæpè præceptum quod millies optimam in arduis metam produxit, reliquis in alijs geſtis parauit exitium: non ſecus, ac medica ars, quæ pluries ea methodo qua optimas experta eſt, ægrotantium curas, plurimos ad extremum perduxit terribilium.

5 *Sicùt* enim in curandis ægritudinibus, ſic in ſtatus, bellique rebus reparandis, non rarò aliquid latet occultum, cui non benè vno principio, iuxtà externum Iudicium firmiſſimo occurri-

ri-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ritur; nàm ſepè inſtabiles, diuerſæque rerum vices, certam tradi Politicam legem vetant, ità cenſuit Immortalis memoriæ Imperator Carolus V. qui *in monitis Auguſtanis in prefatione* ſic inquit: Y *aunque ſegun la continua inſtabilidad, y mudança de las coſas terrenas, ſaria impoſsible dar os ley çierta, y entera para vuoſtra buona gobernacion, y de los Reynos, Señorias, y eſtados, &c.*

6 Hinc Populorum motus, ſeditioneſque, aliqui ſolo verbo, aut præſentia ſua ſedarunt; alij verò paternis orationibus, quandoque tamen enixis deprecationibus apud Populum factis, ipſum leuiter commotum, adeò in ſuſpicionis ſtimulum demerſerunt, vt modicam ſeditionem, in aſperrimam, atq; truculentam conuerterint defectionem.

7 Quandoquè duo contraria conſilia ſuper vno, eodemque ſtatus articulo, eundem obtinuerunt exitum, quaſi ex vnico, nequaquàm diuerſo manaſſet parente.

8 Quandoque demùm præterita rerum experimenta, & exempla, gubernationi præſentium, eiuſdemque generis negotiorum, non aptantur.

9 Iſta-

9 Iſtaque omnia, & ſimilia, non alia ratione credimus eueniſſe, & in poſterum euentura, arbitramur, quam quia negotiorum conditio, extrinſecùs ſimilis, intrinſecùs autem diuerſa ſit, & arcana foueat non cognita: vel, quia media, per quę finis ſperatur varia ſint, atque ambigua, intèr quæ vnum eligi accidit, quo finis ipſe non attingitur, vel quia diſpar eſt exequutorum virtus, aut fortuna; Demùm quia ſtatus negotia, vna vice Deus Omnipotens ſua manu direxit, altera autem maluit, vt Natura, & cauſę ſecũdę illa complerẽt.

Hinc difficilis eſt, atq; anceps ſuprà omnes alias temporales ſcientias, Politica.

10 Sed quò difficilis eſt, eò magis periculis abundat, potiſſimum ſi ſupremos, primique Ordinis Miniſtros ſtatuſque Conſiliarios inſpiciamus; Hi enim (Peritiſſimorum medicorum inſtàr, qui in complicantium morborum curatione ſæpiſſimè confunduntur, & pauent) in eo ſunt diſcrimine conſtituti, vt ſi ſint Regi fideles, lædant ſubiectos, offendantque Regem, ſi ſubiectis morem gerant; & è conuerſo, ſi ſubiectis indulgeant, mox Principi noceant, ſi verò eidem complaceant, ſtatim ſubie-

biectis moleſti ſint.

11 Deliberationes illorum, inter malleum, & incudinem percutit Populus, cuius cura eſt, Superiorum facta, & conſilia mordere. Si quid arduũ proſperè eis eueniat, nec virtuti, nec conſilio illorum tribuitur, ſed fortunæ; ſi quid mali, illis tantùm, nàm vt dixit *Tac. in agric. bellor.* ibi: *Proſpera omnes ſibi vendicant, aduerſa vni imputantur.*

12 Porrò, quia de rebus geſtis iudicare omnibus faciliimum eſt, reſque egregias gerere perdifficile. *Halicarnaſſe lib. 9. fol.* 589. Hinc fit, vt Miniſtri huiuſmodi, faciliùs, atque plerumque de multorum inuidia, & rapacitate contriſtari neceſſe habeant, quam lętari in egregiè geſtis.

13 Demùm, cùm omne magnum exemplum habeat aliquid ex iniquo, quod publica vtilitate compenſatur, vt eleganter aduertit noſter *Ant. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 6. defin.* 4. fit etiam, vt ſi quid tale fieri à Politico Miniſtro contingat, ſtatim de iniquitate taxetur, publicum autem commodum liuore ſupprimatur.

14 Itaque hi primi Ordiuis ſtatus Miniſtri, ob ſupremam, qua fulgent di-

dignitatem, coruſcant vt adamas, at prę periculis, & diſcriminibus, fragiles reputantur, vt vitrum.

15 Quodque magis eſt, euadendorum periculorum viam, in exercenda Politica nemo penitùs inueniet. Modus duxtaxàt mihi eſt, quo pericula rariora ſint, atque debiliora, ipſumque generaliter nos omnes edocuit, in cunctis rebus peragendis *Ariſtot.* 1. *Reth.* c. 5. illum ſic ſtantem audite.

16 *Quilibet ergò virtuti ſtudeat, & quantum poteſt, omnia ea fugiat, quę maculam incutere poſſunt, quod ſi enim tunc rumor malus probum etiam virum excipiat, ob tranquillitatem animi, conſcientiæ teſtimonium, tantum abeſt, vt moueatur, vt potiùs gaudeat, & inimicorum inuidiam confundat.*

17 Itaque ſi Princeps, eiuſque Politicus Miniſter, recta, Religioſaque politica vtantur, tunc, aut nullis, aut rarioribus, aut debilioribus occurrēt periculis, quin, & ipſa deridebunt, cùm ea, quæ geſta ſunt, pietatem, iuſtitiam, Religionemque præſetulerint, iuxtà illud *Pſal.* 26. *& ſi conſiſtant aduerſum me Caſtra, non timebit Cor meum.*

18 Hoc totum ex eo pendet, quod

Princeps, aut Politicus illius Miniſter, in negotijs peragendis rectam foueat voluntatem; nam ſic propitia cuncta euentura fore, credi piè oportet. *Deus eſt*(inquit *Apoſt. ad* P*hilipp.* 2. 13.)*qui operatur in nobis, & velle, & perficere pro bona voluntate.*

19 Vt proindè ex pluribus, diuerſiſque medijs, quibus Imperia, & ſubiecti conſeruantur, ea tanquàm præſtantiora eligant, atque ſuſcipiant, quæ rationi, naturæ, & Religioni, propriora videantur, quæque culmen Maieſtatis non dedeceant, Ciuilique ſubiectorum ſocietati, aut nullum, aut modicum afferant incommodum.

20 Media hæc ſi Deus ſuggeret; toto niſu inſinuare conabimur; ideòque inſtitutum noſtrum in hoc opere futurum proteſtamur, ſordida quædam, atque iniqua Politicæ axiomata, pro viribus deteſtari, rectas dumtaxàt, atque religioſas regulas pãdere, quibus plaudendum, præſtantiſſimumque regimen Principes, ſtatuſque miniſtri, aſſequi facilè valebunt, vnàque hoc ordine, labores noſtros faciliores futuros, fæliciores que euaſuros, D. O. M. propitio ſperamus; juxtà illud.

Or-

Ordine peruenies, quò non licet ire labore.

Et alibi.

Ordine nil melius, nil pulcrius Ordine quidquam,
Ordine nil ſtudijs, aptius eſſe poteſt.

De Romana olim Republica, eiuſquè Politicis virtutibus, ad optimam gubernationem aſſequendam.

CAP. III.

1 DIgreſſurus autem ad Politicas virtutes, priuſquàm eas peculiari, ſignatoque ordine exponam, placeat illas vnico ictu, vnicoue oculi intuitu, veluti ſuauiſſimos varij generis flores in manipulum compoſitos odorare, ac inſpicere, apud Romanam olim Rempublicam, planè omniũ Politicorum Principum Reginam.

2 Cum enim Romanorum res à principio tenuiſſimę eſſent, Vrbemque omnium Vrbium infimam haberent, ſuis paulatim Politicis Virtutibus, quibus pręſtantiſſimam aſſecuti fuere Gubernationem, magnas Hoſtium Copias parua manu fuderunt; contigit autem,

Digitized by Google

vt Diuitias Paupertas, & multitudinem paucitas ſuperaret. *Saluſt. in Catilin. cap. 54. fol. 24.*

3 Hinc Latinos primùm in ſuam redegerunt poteſtatem, poſteà Sabinos, illinc Tyrrenos, mòx Volſcos, deindè Samnites, deniquè modico temporis interſtitio, omnē Regionem intrà Alpes iacentem debellarunt, omneſque alias nationes, à quibus inuadebantur, repulerunt, teſte *Dioniſ. lib. 38.*

4 His etiam virtutibus Carthaginem Imperij æmulam funditus deuaſtarunt. *Saluſt. loc. cit. cap. 10 fol. 4.* His Reges magnos, Nationes feras, Populoſque ingentes ſuperarunt, vt tandem dominati fuerint in Italia, Hiſpania, Gallia, Inferiori Germania, Dalmatia, Græcia, Inſulis Parcorum, Siciliæ, Sardiniæ, Corſicæ, Cretæ, Cipri Negropontis, Rhodij, cunctiſque in alijs Mediterraneo adiacentibus, in Bertania inſuper, Soria, Fenicia, Paleſtina, Babylonia, Cilicia, Bitinia, Aegypto, Cappadocia, & Armænia. *Strab. lib. 6. & lib. 17. Ioſeph de Bell. Iudaic. lib. 2. cap. 63. Appian. in proœm. hiſtor. libic. Paurmeieſt. de iuriſdic. lib. 2. c. 1. num. 21. Konigi. in theatr. Politic. par.*

1. cap.

1. cap. 14. Florimand. in acie Polit. quæſt. 1. de Monarch. Rom. cap. 1. num. 18. fol. 140. & Pereri. in Daniel. cap. 7 fol. 228.

5 Vndè Iuſtinianus legum Ciuiliũ moderator, de Romanæ Reipublicæ præſtantia agens, ſic fatur. *Felix Romanorum genus omnibus anteponi nationibus, omnibuſque gentibus dominari, tam preteritis, efficit temporibus, quam Deo propitio, in æternum efficiet.* Sic in *l. vnic. C. de nou. Cod. confirm.*

6 Nunc ſi optes, vt cauſas memorem, & quo numine, ad huiuſce ſublimitatis faſtigium, Romana gens, & Reſpublica euecta fuerit, dicam fuiſſe multas, obuiaſque Politicæ Virtutes, quibus Romanum Imperium in pace, & in bello floruit, haſq; ſupercilio, ſtupore grauato audire vehementer delectaberis, nimirum.

7 Quod fuerint Romani, in ipſa gentilitate viri admodum Religioſi, & in Sacrificijs Deorum magnifici.

8 In Patriam remque publicam pleni charitate, apud illos ſiquidem vna erat Reſp. ei conſulebant, corpus, atque ingenium Patrię, & Patriæ rem, non ſuam quiſque augere properabat, vt apud omnes potior eſſet priuatis neceſ-

ſitatibus Reſpublica.

9 Quiſque citrà Reipublicę iactu-ram, Domum ſuam, puſillam Rempublicam exiſtimabat; *D*omi enim induſtriam, foris verò iuſtum Imperium exercebant.

10 Vnicuique æquo ordine Ius ſuum tribuebant, vtpotè ſenatoribus purpuram, tunicam, & laticlauum; Nobilibus, militibuſque Ius aureorũ anulorũ; Plebi tandẽ Panem, & ſpectacula.

11 Ad Magiſtratus, non niſi optimè meritos viros, exquiſitis artibus extollebant, proindèque nemo, ſiuè meritus, ſiuè immeritus, prauis, damnatiſque medijs, ad præturam aſpirabat.

12 Hominum adiectione, quàm Diuitiarum copia, Rempublicam augere, ampliareque malebant.

13 Regna ſibi conſociare curabant conſociataque defendere, ſuiſque viribus fouere non deſinebant.

14 Finitimos fœderibus ſibi colligabant.

15 Clientem in fide ſemel acceptum, chariorem habebant, quàm propinquum.

16 Pacẽ, & pacta accuratè ſeruabant.

17 Magis dando, quàm accipiendo beneficia, amicitias comparabant.

18 Su-

18 Superbia eis non obſtabat, quò minùs aliena inſtituta, ſi modò proba eſſent, imitarentur.

19 Non potentia, ſed Iure gubernabant.

20 Nullius potentia ſuprà leges erat, nec proprio Patri vltrà leges, morem gerebant.

21 Animum habebant in conſulendo liberum, nec auro, nec delicto, nec libidini obnoxium.

22 Malos pęnis coercebant, bonos autem præmijs, & honoribus condecorabant.

23 Ius, bonumque apud eos, non tantùm legibus, ſed natura valebat.

24 Nihil vtile ducebant, quod parum honeſtum videri poſſet.

25 Quod viribus obtinebant, Iuſtitia, & Prudentia retinebant.

26 Præter Virtutem, omnia alia incerta, & mobilia cenſebant.

27 Ad Virtutem ipſam omnia facta, conſiliaque referebant.

28 Imitari potiùs, quàm inuidere bonis malebant.

29 Concordiam maximam inter Ciues alebant, Iurgiaque, & diſcordias cum hoſtibus tantùm exercebant.

30 Ciues cum Ciuibus, de virtute certabant.

Digitized by Google

31 Nobiles, Ignobiles, non diui-
tijs, ſed bona fama, factiſque fortibus
anteire conabantur.

32 Beneficio magis, quam metu
homines obligare ſtudebant.

33 Firmiſſimum id eſſe Imperium
cenſebant, quo obedientes gauderent,
& in volentes tantum fore diuturnum
dicebant.

34 Accepta iniuria, ignoſcere, quã
vlciſci dignius credebant, eligebantque
quod Romana magnanimitate dignum
foret, quàm quod in hoſtes iure fieri
potuiſſet.

35 Vitia hoſtium, in gloriã exer-
citus ſui vertebant.

36 Super Hoſtiũ diſcordijs, Prin-
cipatum extollebant.

37 Si færocem Scirent hoſtem, il-
lum mora frangebant; ſin ignauum, vel
luxurioſum, hac via eum debellabant.

38 Si potentiorem eundem hoſtẽ,
vel Potentioribus innixum deprehen-
debant, tunc aut ſocios peruertebant,
aut pluribus in locis hoſtem laceſſe-
bant.

39 Victis hoſtibus, nihil arripie-
bant, & quanta ferocia in certantes,
tanta clementia in victos vtebantur.

40 Victi nunquam animum, nec
vi-

victores, modeſtiam amiſerunt.

41 Diligentiſſimi in educatione Iuuenum exriteere, tùm in liberalibus, cùm in militaribus diſciplinis.

42 Romanorum Iuuenum libido, tota in armis, & in literis erat, non in Scortis, non in ludis, nec in conuiuijs.

43 Armatas proindè Pacis tempore alebant militias, quę quotidiana exercitatione ad bella ſe parabāt, vt, neceſſitate poſteà ingruente, omnes eſſent veterani.

44 Pacis cauſa bellum gerebant, laboremque ſpe ocij ſubſtentabant: Hinc bello poſtmodum feruеſcente, mira cōſtantia, ærumnas deridebant, eiſque nec labor inſolitus, nec locus aſper, nec hoſtis formidabilis erat.

45 Erubeſcebant, ſi quis eis obijceret, quod abeſſe à propria domo non poſſent, quodque æſtum, & frigora pati non valuiſſent;

46 Intenti contrà Hoſtes feſtinabant, alius alium hortabatur, vt Patriam & libartatem tuerentur.

47 Cum ab hoſte aſperrimè pręmebantur, nunquàm defeſſi viſi ſunt de Imperio decertare, non inopia ærarij, non vis hoſtium, non aduerſa res, ingentem eorum animum ſubegit.

48 Firmi aduerſùs impetus omnes extitere, nihil, niſi infamiam metuebant, aut vincere, aut mori parati.

49 In multarum rerum ruina, ſtetit vna, integra, & immobilis Virtus Romanæ Reip. multaque ab hoſte humi ferè ſtrata, erexit, & eleuauit.

50 Vt demùm in adagio eſſet illud Mutij Scæuolæ dicentis. *Facere, & pati fortia, Romanum eſt.*

51 De quibus omnibus frequens eſt ſermo apud omnes hiſtoricos, nempè *Cicer. liui. Saluſ. Valer. Max. Lo-cen. Dionem Fab. Facij. Plin. in Panegir. Polib. Plin. in vit. Scipion. Cornel. nep. Lactã. Senec. Konig. in Theatri. Polit.* alioſque plurimos in ſuis peculiaribus locis, quos ſua opportunitate referemus.

52 Hunc igitur in modum ſuas docuit Romana Reſpub. Politicas Virtutes, quas omnes laconicis carminibus complectitur ſapientiſſima, celeberrimaque illa Poetria *Sulpitia in Satyr. de Stat. Reip. tem. Domitia.* his verbis.

Duo ſunt, quibus extulit ingens
Roma caput.
Virtus belli, & ſapientia pacis.

53 Vnum tamen Principes terreat, quod Romana Reſpub. tot virtutibus con-

condecorata, Politicaue peroptima predita, tādem etiam declinauerit; Id enim ità fieri neceſſe fuit, cunctiſque Imperijs eadem impellente neceſſitate, id ipſum euenturum eſſe, pro certiſſimo habemus.

54 Humano enim Corpori, Imperium comparari, indubitatum eſt axioma apud omnes Politicos, & nos varijs in locis, concinnis ſimilibus, atque rationibus, in operis textura comprobabimus: Vt proindè ſicut ars medica (profectò præſtantiſſima) antidota plurima adinuenit, vt humanum Corpus, ad longæuos annos incolume conſeruetur, minimè verò, vt in vita perpetuò detineatur, cùm hoc inuenire nequiuerit, quin penitùs ignorauerit, vt idcircò vnicuique tandem, quantumuis temperatiſſimo viro, vitam cum morte commutare neceſſe ſit. Vndè carmen.

Contrà vim mortis, non eſt medicamen in hortis.

55 Sic Politica ſcientia plurima adinuenit præcepta, quibus optimum quiſque aſſequatur regimen, diùq; Imperium conſiſtat, ſed perpetuò conſeruari, adeò ignorauit, vt id impoſſibile, & commentitium eſſe cenſuerit.

56 Nihil enim, quòd ſub Sole eſt,

æternum eſt, quià cùm omnia, quæ ſub Sole cernimus, ſuum habuerint principium, finem quoque oportet experiantur. *Ariſt. l. 1. de Cælo in fin. tex. Auerro. de deſtruct. diſput. 1. cap. 9. & diſput. 2 cap. 18. col. 1.*

57 Hac, inquam ratione, Regna, & Imperia omnia, curuari, ac demùm exitio ſubeſſe, docet idem *Ariſt. 5. Polit. c. final. Plat. in ſua Rep. Polibi. lib. 6. Liu. lib. 2. & Ouid. Metamorphoſ. lib. 15.*

De Religione, quòd ea ſit pricipale fundamentum Politicæ Scientiæ, & confutatur Sententia illorum, qui nefariè docent, Politicam à vera Religione abhorrere.

CAP. IV.

1 QVod vera Religio ſit Regnorum, Rerumpublicarum, Imperiorum, & totius Politicæ Scientiæ fundamentum, planè de fide reputamus, quia per Deum Reges regnant. *Prouerb. 8. verſ. 15. & 16.* & Deus mutat tempora, & ætates, tranfert Regna, atque conſtituit. *Daniel. 2. ver. 21.*

2 Hinç

2 Hinc ſuperiori *cap.* Romanorum meminimus, qui quoniam ſpeciem quãdam veræ religionis per ea tempora obſeruabant, gloriabantur, quod ad tale, tantumque peruenerant faſtigium, & gloriæ culmen, Romanam Rempublicam Mundi Dominam ſtabiliendo, ex ſuorum Deorum cultu, teſte *Liuio lib.* 44.*f.*332.& ex eo, quòd fuerint in illorum Sacrificijs magnifici. *Saluſt. de coniurat. Cathilin. num.*9.*fol.*4.

3 Comprobatur hoc ipſum, nam Politicę Scientię conatus eſt, primò Regna multa acquirere, & Imperia dilatare, & hoc à Deo eſt, eique datur, qui Dei iudicia Religiosè ſeruat. *Prouerb. cit. cap.*

4 Secundò acquiſita, ampliataque imperia. Principatuſque conſeruare, & cuſtodire, quod à Deo etiam eſt, & præter Deum omnis cuſtodia vana eſt, iuxtà *Pſal.*126. vbi dicitur *Niſi Dominus cuſtodierit Ciuitatem, fruſtrà vigilat, qui cuſtodit eam.*

5 Tertiò Principem glorioſum reddere, omnique genti, & generationi laudandum, quòd pariter in manu Dei eſt, & à Deo datur glorificantibus eum. *Quicumque glorificabit me* (dicit Dominus 1. *Reg. cap.*2. *verſ.* 30.) *glorificabo eum.*

eum. Nam ibi ſolùm gloria, & potentia viget, vbi floret Religio. *D. Thom. opuſc. 20. lib. 3. cap. vlt.*

6 Inſupèr patet noſtrum *Aſſumptum*, nam Regnorum, Ditionumue cuncta negotia, quò ſunt magis ardua, & difficiliora, eò magis ab euentu, & fortuna dependent: Cumque ipſe Deus, fortuna noſtra ſit; credamus oportet, illi tãtùm Principi fęliciora futura eſſe negotia, qui Deo gratus eſt, quique Religione ſua, Deum propitium habere męretur.

7 Quam veritatē docuere ipſi quoque Gentiles, ſolo naturæ lumine præditi, qui cum de Politica Scientia agerent, ita ſcriptum reliquerunt. *Bono Imperatori, magni momenti fortuna, mens ratioque dominatur*, vt refert *Liui. lib. 22.* & alibi. *Omnia proſperè eueniunt colentibus Deum* idem *liu. lib. 5.*

8 Bella præſertim, atquè certamina, quorum aſſidua exercitatio, propè neceſſaria eſt Principi, aut ad dilatandum, aut ad tuendum dominium, quorum etiam euentus, anceps, & incertiſſimus reputatur, iuxta illud *Reg. 2. cap. 11.* ibi *Varius enim euentus eſt belli, & modò hunc, modò illum conſumit gladius.*

9 Cui, & aliud ſimile legimus apud

La-

Lactant.firm.lib.6. dicentem. *Non eſt in noſtra poteſtate vincere, quoniam anceps eſt omne certamen.* Multę ſiquidem ſunt belli vices, Marſque ipſe communis eſt, modò vni, modò alteri fauens. *Cic.in Orat. pro Milon.* & in alia *pro Marcell.* idem *Philipp.* 10. & 13.

10 Vſquè adeò, vt nec Alexandro omnia proſperè euenerint, nec Cæſaris fortuna, offenſionibus quandoque caruerit, teſte *Nicæt. Coniat. in annal. Baldu. Flandr. fol.* 661. & in *Manuel. Comnen. lib.* 2. *num.* 7. *Io: Stobe de bell. Serm.* 48. *Æne. Silui. epiſ.* 81. *Reuſner. lib.* 1. *art. ſtratag. cap.* 16. & *Iuſt. Lipſ. lib.* 5. *Ciuil. doctrin. c.* 16.

11 Haùd propitia euenire poſſunt Principi, qui corruptis moribus Deo diſplicet; Vnde Cambyſes filium ſuum contrà Perſas proficiſcētem ſic admonuit. *Eſtò Dei amicus*, vt apud *Xenofont. de inſti. Ciri lib.* 1. *f.* 20.

12 Nec offendemus, ſi ad hæc omnia comprobanda, verbis *Nicol. Macchiauell.* vtamur; ipſe enim, licèt inter Irreligioſos, corruptos, damnatoſque Politicos præſtet, nequiuit, compulſus tamen, veritatem hanc abſcondere, quod Religionis negotium maximum ſit in Republica. *lib.* 1. *cap.* 11. 12. 13. 14. & 15.

15. adeò quòd *eod. cap.* 15. & 18. ſequẽtibus verbis dixerit.

13 *In id Princeps acrem curam, diligentiamque omnem adhibeat, ne quid ex eius ore excidat, quod quinque illis iam enumeratis partibus non ſit refertum, atque ità conſpiciendum, audiendumque ſe exhibeat, vt pietatem, fidem, integritatem, Religionem Sanctè colere videatur. At qui* (nota) *nihil eſt, quod magis præſeferre oporteat, quàm poſtremam hanc Virtutem.* Hactenùs ille, iuxta relationem *Io: Paul. Felminger.* viri quoque corruptæ, damnatæque Religionis, *in diſſert. Polit. de Relig. f.* 581. cum ſeqq.

14 Sed ad quid damnatos Authores inquirimus, cùm hęc omnia melius Religioſiſſimi viri, Chriſtiani Orbis moderatores apertiſſimè docuerint: In primis enim ſummus ille Romanus Pótifex Ioannes, Iuſtiniano Pijſſimi nominis Imperatori reſcribens, vt in eius *Epiſt*, quæ incipit, *Inter claras. C. de ſumm. Trinit. & fid. cathol.* ſic eum monuit.

15 *Nihil eſt quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in Principe nihil eſt, quòd ità nequeat occaſui ſubiacere quàm vera* Religio; *hoc eſt enim,*

quod

quod veſtrũ firmat Imperium, hoc quòd veſtra Regna confirmat.

16 Rursùs Chriſtianiſſimus ille Gallorum Rex Ludouicus, quem inter Sanctos, & Electos veneramur, cupiens filio ſuo Politicam diſciplinam inſinuare, qua in Pace, & Bello ſe, ſubiectoſque regere, gubernare, & cuſtodire valeret, priùſquàm ad cętera progrederetur monita, omnium primum tale ſtatuit. *Fili, Religioſus in primis ergà Deum eſtò, benignus, & liberalis cum egenis.* teſte *Bodin. lib. 6. de Repub. c. 2. fol.* 1025. quibus planè verbis, Dei, & proximi commendauit dilectionem, à qua leges omnes, & Prophetæ pendent.

17 Demùm quiſque plaudat in eum monitis Inuictiſſimi, Religioſiſſimique Imperatoris Caroli V. filio ſuo Hiſpaniarum Regi Sereniſſimo, ac æquè Religioſo, teſtamẽto relictis, inter quę, teſte *Param de orig. Sanct. Inquiſ. lib. 2. tit. 3. cap. 2. n.* 18. primum, præcipuumque his verbis continetur.

18 *Pro eo, quo Omnipotenti Deo officio obſtrictus teneor, & pro eo quò ergà Sereniſſimum Principem Philippum II. cariſſimum filium meum amore ſum accenſus, plùs illum virtutum præſidio munitum, quàm diuitiarum amplitudi-*

dine cupiens, & affectans, hac, qua poſſum animi affectione, in mandatis do, ùt tanquam Catholicæ Religionis Studioſiſſimus Princeps, & Diuinorum mãdatorum obſeruantiſſimus, omnium rerum ad eius decus, & honorem ſpectantium, curam ſuſcipiat ardentiſſimè, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ dictis, & Præceptis ſemper ſit audiens.

19 Stat ergò vndiquè firma prima ac principalis Politicæ regula, ùt deceat Principem eſſe Religioſum, Religioniſque cuſtodem, ſi malit Imperio ſuo firmum icere fundamentum, iuxtà illud *D. Cyrin. ad Theodoſ. de rect. fid.* dicentis. *Glorioſa in Deum Pietas Regijs honoribus immobile fundamentum.*

20 Quemadmodũ enim Dei ignoratio, aut parui penſio, ſumma eſt omnium Rerumpublicarum lues. *Plat. lib. 2. de Rep.* & *lib. 7.* Veri enim Dei ignorantia, aut contẽptus, innumerabilium tùm priuatarum, tùm publicarum calamitatum, peſſimorumque Conſiliorum in Republica fons eſt. Sic veræ Religionis obſequium, cultuſque Dei Syncerus, totius Imperij, & Principatus fundamentum nuncupatur ab *Ariſt. 7. Polit. c. 8.* Summaque Monarchiæ præſtantia in Religione fundatur; cæteræ

ve-

verò quaſi accidentalia reputantur, vt meritò *Lipſi. 4. Polit. lib. 2. & 3.* ſcripſerit *Nihil in humanis rebus Religione præſtantius eſt*, & alibi eleganter legimus; *Quod Imperia cum Religione ſtãt. ſinè Religione decidunt.* apud *Ribadene in Principe. Chriſt. lib. 1. c. 16. f. 84.*

21 Reliquum eſt, vt paulisper in illos inuehamur, qui cùm non vndequaque rectè de catholica fide ſentiant, Principes corrumpere, illorumque animas, pernicioſo veneno tentant perimere, hac doctrina, ùt non proſit Politicam cum Religione immiſcere, & coniungere, quaſi vna ab altera deformetur, aut impediatur; hoc autem nos omninò damnandum, abolendumque teſtamur, & infidelibus dumtaxàt, Athæis, cæteriſque fieri permittimus, qui extrà gremium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Catholicæ fidei poſiti, Diaboli Politicam, ſeù potiùs Tyrannidem, hoc præcepto nefariè docent, fouentq;

22 Qui autem Orthodoxam Fidem profitentur, vnà mecum conueniant opus eſt, veram Politicam eſſe à Religione inſeparabilem, & inter vtramque indiuiduam ſocietatem fore ſtatuendã, ſicut præcæteris docent *P. Adam Cotzen. in lib.* [*de pac. German. Ramirez*

de

de lege Regia. §.10.*num.*4. & *Anton. Gabrer.in delineat.de met.lib.* 2. *c.*39. *num* 8.

23 Quod patet, nam tota Politica ad viuentium reſpicit fęlicitatem, & hanc docuit CHRISTVS SALVATOR noſter, in illo vnico Præcepto. *Quæcumque volueritis, vt faciant vobis homines, ità & vos faciatis eis; iſta enim eſt lex, & Prophetæ. Matth.* 7.12. Quod benè intelligens *Forſtner. ad Tacit.in notabil.fol.*161. Sic eleganter ſcripſit. *Sola Religio nutrix eſt humanæ vitæ, iuſti, iniuſtique norma, perturbationum gubernatrix. frænum in poſpetris, in aduerſis ſolatium, ſpes in dubijs, vnica deniquè mentis domina*; quę omnia non aliò quidem tendunt, quàm ad veram Politicam exercendam, vt meritò eam oporteat affinitatem ſtatuere inter Religionem, & Politicam, vt Politicam in Religionem, & Religionem in Politicam vertamus.

24 Idem placuiſſe præſertim videtur doctiſſimo *Renato Choppine tract. de Sacr. Politic forenſ.lib.*3.*tit.*7.*num.*12.*verſ At noſtra ætate*, his notabilibus verbis. *Politici Vocabulum per ſe præclarum, ac Illuſtre eſſe, cumque ſignificare, qui in Reipubli. adminiſtratione pru-*

prudenter ſe gerit, Conſiliaque ſua omnia ad communem vtilitatem dirigit; eo vocabulo(conqueritur *Choppin.*)*hac noſtra tempeſtate nonnullos adeò abuti ſolere, vt ſub Politica prætextu, de orthodoxa fide tantum duxtaxàt ſuſcipiendum putent, quantum cum Politica Pace, & ſinè vllo temporalium rerum diſcrimine ſuſcipi poſſit.*

25 Et eandem proſequens tractationem, idem *Choppin.* ſtatim ſubnectit. *Hoſce, & communem Populi vtilitatem publicumque Regni ſtatum maximoperè conturbaſſe, & Politicos ſe voluiſſe appellari, vt honeſto nomine turpiſſimũ fucarent Inſtitutum, ob idque apud multos effectum fuiſſe, vt hoc Politici Vocabulum tanquam exoſum, & infectum, infamiam redoleret.*

26 Collimat ad idem notabilis Doctrina *P. Vaſquez ad D. Thom. in* 1. *par. quæſ.* 2. *art.* 3 *diſp.* 20. *c.* 1. *num.* 1. dicentis, quod Athei Politici dicuntur, qui ad aliud non intendunt, quàm ad ea, quæ ad externam gubernationem pertinent; de Religioſo autem cultu, ea ſolùm ratione ſolliciti ſunt, quatenus ad continendos Populos in Ciuili diſciplina, humano arbitrio expedire iudicauerint.

27 Fa-

27 Faxit tamen Deus, vt ętas noſtrâ huius generis Pſeudopoliticis viris careat, lues hæc, inquam, procul ſit à Chriſtianis Principibus, nullusque inter eos reperiatur, qui ampliandæ Monarchiæ ſtudio, & Imperij cupiditate tanto ſcelere non fædetur, iuxta illud. *Cic. 3. de offic.*

28 His etiam conſequenter fit, vt nefaria, & Diabolica nuncupanda ſit Sententia illorum, qui putant, armorum motum non eſſe à Iure regulandum, quaſi Ius ipſum armis inſit, potiorique Iure Princeps ille muniatur, qui potentiori militum, & exercituum neruo fulcitur, de qua re, nè videamur in hoc *cap.* prolixiores, ſuo peculiari loco tractabimus.

De Subditorum felicitate, aut lue, ex Probo, aut Improbo Principe promanante, & Quarè.

CAP. V.

1 SVperiori *c.* D. Ludouici Gallorum Regis meminimus, quod filio ſuo potiſſimùm Religionem, & Charitatem commendauerit, his ſeriò repetendis verbis. *Fili, Religioſus*

in

in primis ergà Deum eſto, benignus, & liberalis cum egenis. Subiunxitque ſtatim: *Sin minùs Tyrannum te potiùs, quàm Regem futurum putato*, vt apud *Bodin.lib.6 de Rep. cap.2.f.* 1025. quæ verba (ni fallor) terrorem incutiunt vehementem, quaſi Regem, Principemque omnem, ſola morum probitas, & Religionis cultus talem conſtituat, eò qnòd improbus, ſtatim de Principe, in Tyrannum degenerat, quin, & tripliciter Tyrannum, Animæ ſcilicèt, ſublimitatis propriæ, & ſubiectorum.

2 Animæ, in quam Regem Improbum, iacturam pati, de fide reputamus, pluraque Regna, Orbiſque totus, prodeſſe ei ad commutationem pænæ nequibit, iuxtà illud *Matth.16. Quid prodeſt homini ſi mundum Vniuerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur, aùt quam dabit homo commutationẽ pro anima ſua.* Id quòd omnium rerum ſumma, & terminus eſt, & in quo cogitatio omnis, omniſque Politica verſetur oportet.

3 Sublimitatis quoque ſuæ, gloriæ, & decoris, Tyrannus eſt Improbus Princeps, cùm non ſemel huius generis Principes, iuxto Dei iudicio, è Regnis, Imperijſque deiecti, ac de Solio proturba-

bati, ad Catenas redacti ſint: de qua re ſi: er innumeras profanas, & Sacras Hiſtorias, prȩſtantior mihi viſa eſt illa Saulis, cuius ob vitia, Regnum eius in Dauidem tranſiuit. *Sciderat Dominus Regnum Iſrael à Saule, & tradiderat Dauidi, proximo ſuo meliori ſe.* 1. *Reg.* 15. *verſ.* 18. & 2. *Reg.* 3. *verſ.* 9. & 10. & ob culpas Salomonis, Achias Prophæta annunciauit ei. *Regnum eius ſciſſurum de manu eius. Reg.* 3. *cap.* 9. *verſ.* 31. Peſſimus Pharao quem exitum, poſt tot flagella ſortitus fuerit, plenæ ſunt Sacrarũ Hiſtoriarum paginæ. *Geneſ.* 12. *nu.* 17. *exod. c.* 7. *vſque ad* 14. Vt proindè *Argent.* profanæ Politicæ celeberrimus author, omne exitium, cunctaque mala improbo, irreligioſoq; Principi minetur *c.* 5. *c.* 34 & *c.* 96.

4 Eſt denique ſceleſtus Princeps Regnorum, ſubiectorumque Tyrannus Primò, quia opprimit abſque ſynteresi, aliorum opes ſine pudore ſubripit, ſinè lege præcipit, Innoxios inſequitur, noxijs hominibus eſt propitius; quòd iniuſtum eſt, iuſtum credit, & iuſtum ſtomacatur; omne placitum putat licitum; atque tandem miſerandi ſubditi, tali ſub Principe, bona, ſpiritum, & honorem, quaſi precario retinent.

5 Se-

5 Secundò, quia in odium irreligioſi, ſceleſtiq; Principis, Dei flagella vnà ſimul in ipſum, ac in Populũ prouocantur, & conuertuntur; Vndè ob peccata Pharaonis, indignatus fuit Deus in Ægyptum, tantiſq; illum afflixit plagis, vt legitur *Exod. cap.* 8. 9. *&* 10. & Hæbræus Populus, deſtructa Sancta Ciuitate, combuſtoq; Templo, duriſſimæ ſeruituti mancipatus fuit. *Reg.* 4. *verſ.* 25. & *Michea* 3. habetur. *Proptèr vos, Principes, & Sacerdotes, Sion quaſi ager arabitur, & Ieruſalem erit aceruus lapidum.*

6 Tertiò demum, quia vti mòx probabimus, ſub Improbo Principe, vt Populus probus ſit difficilè eſt; Qua ratione fit, vt ſuprà omnem Tyrannũ appellemus illum, cuius vitio ſubditi corrumpuntur, cuius exemplo à Religioſis præceptis declinant, & quaſi in fædiſſimum contagium prolapſi, in æternum ruunt interitum.

7 Quod planè ſuprà omnem Tyrãnidem eſſe affirmauimus; nàm Tyrãnus Princeps Dei iudicio, ad Populi flagellum datur; ità tamen, vt artibus palàm malis, aut ſimulatis, ſubiectorum ſubſtantias vſurpet: Cùm tamen ad talem, tantamq; fædam vitam Princeps

C per-

peruenit, qua Religio corrumpitur, tūc ex quo ſubditorum animæ ad exitium prouocantur, Rex ipſe peior euadit Diabolo, cui in ſcripturis legimus, à Deo datum fuiſſe torquere Iob, in iactura ſalutis, filiorum, & ſubſtantiæ. *Verumtamen* (eidem iniunctum fuit) *animam eius ſerua. Iob, 2. n. 6.*

8 Ad hunc itaq; finem *Cic. lib. 3. de leg.* dixit. *Magna Reip. calamitas ſcelerata vita Princeps*: proùt etiam docuit *D. Thom. de Regim. Princip. lib. 6. c. 8 Boz. de Sign. Eccleſ. lib. 5. f. 380. & lib. 12. cap. 10. & Mendoz. in Reg. lib. 1. c. 2. fol. 432.* & è conuerſo ex bono Principe, libertas, ſalus, & ſecuritas priuatorum fundatur, teſte *Plin. Iuuen. in Panegir. c. 8.*

9 Veritatem hanc Imperij Romani experimento comprobamus; cuncti enim huic Imperio olim ſubiecti, in magna conſtituti fuere fælicitate, ſub Auguſto, Veſpeſiano, Tito, Nerua, Traiano, Adriano, Conſtantino, & Theodoſio Imperatoribus, eò quòd Pij fuerint, viriq; Religioſi, teſte *D. Auguſt. de Ciuit. Dei lib. 5. c. 25. Bozi. d. tract. lib. 8. c. 7. fol. 636. & Sigiſmund. Floriuand. in acie Polit. quæſt. fol. 448.* At ſub Tiberio Caligola, Nerone, Ottone,

Vi-

Vitellio, Domitiano, & ſimilibus ſceleratæ vitæ, qualem Cladem, quot diſcrimina, Imperium paſſum fuerit, oſtendunt *Raian.* & *Lattan. in cap. 72. Paneg. Plin.*

10 Clades pariter innumeræ Hiſpanijs inflictæ fuere, Regnante Roderico, viro vitiorum, & ſcelerũ Principe; At ſub Ferdinando Catholico, (cui Sancti cognomentum, iàm indè à quatuor ſæculis, Eccleſiarum, & ſæculorum conſenſus dedere) Cæteriſque Aragonenſibus Regibus, ac demum ſub Auguſtiſſimis Auſtriacis, Catholicæ Religionis præcipuis tutelaribus, quorum pijsſimam, & glorioſam progeniem, in æuum Regnare dignetur Deus O. M. quis non confitebitur, quã fęlix, quàm ſuaue extet moderamen, propitios quidem, clementeſq; influxus Patres noſtri experti ſunt, noſque fortunatiſſimi agnoſcimus; poſteritas denique longè propitiores aſſequetur in ſæcula.

11 Gallia demum gaudio, & trãquillitate eximia gauiſa fuit, ſub Regibus Clodoueo, Pipino, Carolo Magno, Vgone Capeto, Philippo Auguſto, & Ludouico poſteà Sancto. *Maucler. de Monarch. lib. 8. c. 2. & 3.* Poſt hos pro-

tinùs Galliæ fælicitas in occaſum iuit, gaudium in gladium verſum fuit, & clades, cædes, diſcrimina, & infortunia illam afflixere. *Maucler. ibid.*

12 Sed amabò illum breuiter diſcutiamus articulum, qua ratione ſub bono, & Religioſo Principe, probus, ſub malo, improbus efficiatur Populus?

13 Ad quod pluribus rationibus ſatisfieri facilè videtur. Primò, quia ex probis, aùt improbis Principum exẽplis, Vaſalli ad ſimilia inuitantur, & trahuntur.

14 Secundò, quia probum Principem decet ſubditorum vitia corripere, & crimina cohibere; quem planè zelũ, malus Princeps, aùt ſuſcipere ignorat, conſultò negligit, aùt pudet, nè ſimilia, vel peiora ſcelera, aduersùs ipſum retorqueri contingat, idque indubitatum eſt, vt qui propria fouet vitia, corripere aliena nequeat: Vndè Medicus priuſquàm aliorum curã ſuſcipiat, proprias ęgritudines curare neceſſe habet, nè in ſacrum illud incidat dicterium, quo dicitur. *Medice cura te ipſum*; Sicuti in propria ſpecie ponderat *Dion. Chriſoſt. orat. 3. de Regn. fol.* 40. & *Ribadeneir. in Princip. Chriſt. lib.* 1. *cap.* 13. *fol.* 65.

15 Tertiò, quia ſe habet Princeps cum ſubditis ſuis, tanquàm in circulo punctus medius, ſiuè centrum, ad quod omnes circumferentes lineæ tendunt, ac diriguntur.

16 Demùm, quia ſicùt Pater cum ſua tenui familia eſt, ſic Princeps cum vniuerſo Populo, cui dominatur; Vndè, ſicut ad probum, aùt improbum Patris exemplum, tota familia mouetur, ità & Populus à Principe.

17 Hæc, & plura alia ſimilia paſſim tradidere Politici in propoſita indagatione; mihi tamen, cùm ſatis vulgaria videantur, duxi altiùs perquirere rationes, quarum præſtantiorem cenſui illam, qua dicunt nonnulli (modò rectè ratiocinētur, de qua re alib) vt quemadmodum corpora inferiora, Orbiſque totus, à motibus Superiorum, potentiorumque corporum, & aſpectibus Planetarū gubernantur; Vndè aùt benignos, aùt aduerſos rerum exitus experimur, iuxtà illarum clementiam, ſiuè inclementiam, & aſperitatem. *Ariſtot. lib* 1. *Meteor. c.* 2. *Potin. Ænead.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. 13. *&* 14. & *in Auerr.* 7. *meteor. tom.* 18.

18 Quapropter *D. Auguſt.* docuit, Quod craſſiora corpora, à ſublimioribus,

bus,quodam ordine reguntur. *in tract. de Trinit. lib.3.cap.14.fol.105.tom,3.* & *D.Thom. par.2.quaſ.125.art.4.* ad idem affirmat, quod motus horum inferiorum corporum,reducũtur ad motum corporis cæleſtis, & in ſuam cauſam;quod placuit etiam *Pontan.de reb. caleſt.lib.1.cap.3.15.& 16.*

19 Sic, cùm ad inſtar Cæli,& Planetarum ſe habeat Princeps, ſubiecti verò tanquàm inferiora, & craſſiora corpora;hinc eſt,quod motus moreſq; Principis, exemplaque ſua, proba, vel fæda,ſubiectos in ſuam vertunt naturam, influuntq; in eos laudabiles,vel fædos mores,quia ad Principis inclinationem (tanquàm ſuperioris corporis) inuitantur, & propè violentia quadam attrahuntur,ſicuti doctè aduertit *Matth.Peregr. in pract. Princip.& ſubdit, lib.1,cap.1.n.4.*

In:

Inter multa, quæ Chriſtianum, Religioſumque Principem decent, duo potiora ſunt, nempè Catholicæ fidei ſincerus cultus; & filiale obſequium in Sanctam ſedem Apoſtolicam Romamanam, Summumque Pontificem.

CAP. VI.

1 NOllem tamen, ùt pro Religione, quam Principibus Regna Gubernare, dilatare, & ſtabilire volentibus, abſolutè neceſſariam fore vſquè modò inſinuauimus, tanquàm Imperij fundamentum, credat quiſpiam, opus eſſe, quòd Catholici Principes, intempeſtiuis Ieiunijs, lacrymis, & diſciplinis corpus macerent, quodque orando prætioſas diei horas conſument, & in prędicationibus ferueſcant; iſta enim non dubitamus, quin opera ſint viri perfectè Religioſi, ſed iuxtà limites, & proportionem ſtatus, vel abſolutè cõueniunt, vel impropriè, & ſecundùm quid diſconueniunt.

Conueniunt ſiquidem abſolutè Hæremitis, & Clauſtralibus viris, cæ-

teriſque priuatam vitam ducentibus.

2 Regi verò licèt abſolutè non diſconueniant, poſſunt tamen impropriè; & ſecundum quid diſconuenire, attenta nempè proportione ſui ſtatus, qui haùd patitur, quòd Ieiunijs, & diſciplinis maceretur, horaſque orando in ſecretis ducat cubiculis, ſed magis, vt incolumis ſeruetur, & valetudinem ſuam in catholicum, rectumque gubernium, & in ſubiectorum vtilitatem impendat.

3 Quocircà meminimus, Regem quendam graui fuiſſe redargutione affectum, quoniam vt horas Canonicas recitaret, latebat ſubditis ipſum requirentibus, omninò oblitus quòd iuxtà proportionem ſtatus, gratior Deo erat ſubiectis proſpicere, quàm Orationibus vacare.

4 Decet ergò Principem, vt Orthodoxi nomen Iure aſſequi valeat, ea omnia firmiter credere, & ſincerè profiteri, quæ in Symbolo fidei continentur, quæque Sancta Romana Eccleſia profitetur, & credi præcipit, ùt proindè in horum defenſione, ac tutela, Regna impendere, Sanguinem effundere, & vitam tradere, cum opus exigat, ſemper inſtet fides mẽtis, ſemper cultus actionis.

4 Po-

5 Poſtulat quoque Ius, eundem Principem Summo Rom. Pontifici, Chriſti in Terris Vicario, Petri ſucceſſori, Ortodoxæ fidei magiſtro, Patri, & Paſtori noſtro peruigili, noſtrarumque animarum ductori debita ſpiritualis filiationis obſequia exhibere, cum eo reuerenter agere, eidemque in cunctis Sanctæ Sedis Apoſtolicæ âduerſitatibus, vel etiam in omnibus, quæ ad eiuſdem Sedis, & fidei incrementum, maiuſque decus conferunt, ſuffragari, iniurias, & oppreſſiones auertere, inobedientes, moleſtoſque cohibere, & propellere, ac denique in omnibus ei obnixè præſtò eſſe, nè quidquam indecorum, Religioni, Imperio, & perſonæ illius inferatur.

6 Quòd innuit Imperator noſter Iuſtinianus, in Epiſtolis Summo Pontifici Ioanni directis. in *Epiſt.* incipiente: *Nos reddentes in C. de Summ. Trinit. & fid. cathol. in princ.* in illis verbis: *Nos reddentes honorem Apoſtolicæ Sedi, & veſtræ Sanctitati quòd ſemper nobis in voto fuit, & eſt. (vt decet Patrem) honorantes veſtram Beatitudtnem. &c.*

7 Prolixiùs equidem foret extollere (vt par eſset) Potentiſſimæ Hiſpani-

cæ Monarchiæ puram, ſinceramque fidem, & obedientiam ergà Sanctam Sedem, & Summum Pontificem habitam, de qua præ cæteris teſtantur *Oldrad. conſ. 62. col. fin. verſ. ſed natione hiſpanorum Card. Tuſch. verb. Hiſpani. concl. 137.* & *Gregor.* Lopez *par. 2 tit. 18. l. 2. gloſ. 1.*

8 Idemque præſignant aurea verba Philippi II. Inclitæ, & glorioſæ memoriæ, in monitis ad Sereniſſimam Infantem D. Annam filiam ſuam, poſteà Chriſtianiſſimam Galliæ Reginã. *Siempre eſtareis en la deuocion, y obediencia de la Santa Ygleſia Romana, y del Summo Pontifice, teniendole por Padre Eſpiritual.* Sicuti refert *Gonſalez lib. 1. rubrica auiſos, que dio el Rey Filipe al Enfanta, &c.*

9 Et re ipſa cunctis compertum eſt, Monarcham noſtrum Catholicum prò Sancta Sede, prælia multa viriliter, modò indixiſse, modò ſubſtinuiſse, fæderaque contrà Turcas inire nunquam recuſaſse, quarè tanquàm Sedis Apoſtolicæ Primogenitus filius, fideique Conſtantiſſimus, & perpetuus defenſor, pluribus meruerit Hiſpanica Corona ſpecioſiſſimis titulis, velut Margaritis condecorari, de quibus plenè agit.

Val.

Digitized by Google

Valdeſ. in tract. de author. Reg. *Hiſpan. cap.* 13 *num.* 9 cum ſeqq. & *Hermoſill. ad Gregor. Lopez par.* 5 *gloſ.* 2. *nu.* 39. *Michael. de Elizalde, de form. vera.* Relig. *num.* 508 & 509. alioſque apùd *D. Ioſeph. Pellicer, y Tobar en el tractado dell' Aue Fenix.*

10 Quoniam verò aùt Diaboli inuidia, aùt ardua ſtatus negotia, poſsent quandoque certamina, & diſsentiones accendere, inter Pontificem, & aliquem Catholicum Principem, vel inter vtriuſque primi Ordinis Miniſtros, tunc cùm hæc ſe habeant diſſidia, veluti inter Patrem, & filium, conferret è veſtigio, ea ad tranquillitatis ſinum reducere, quò fieri queat neutrius iniuria; ſemper tamen, qua par eſt ergà Pontificem reuerentia: Sic expreſsè monuit eximius ille Imperator, & Politicus Religioſiſſimus Carolus V. *in ſuis monitis cap.* 19. his verbis: *Y ſi otras differençias occurriſſen, las trattareis como es dicho arriba, con la ſummiſſion, que vn buoen hijo de la Ygleſia lo deue azer, y ſin dar a los Papas iuſtas cauſas de mal contentamiento.*

11 Idquòd etiam Pprincipes omnes ſummo ſtudio, peruigilique cura potiſſimum in mandatis dare oporteret

Oratoribus, legatiſque ſuis Romanam Vrbem proficiſcentibus, nè iurgia de facili accedant, & Pontificis Aulam rumoribus turbent; id enim nèc Iuſtitię, nèc Vrbanitati conuenit; Religioni quoquè indecorum eſt, quòd quis in Domo Petri, contrà Petrum ſuperbiat; & contrà Politicæ regulas id etiã vergere liquet. Similia ſiquidem iurgia, & contentiones, Regiorum Miniſtrorum, legatorumque minuit opinionem, quin contrà ſe ipſos maleuolentiam, odiumue, & palàm, & occultè auocant, quod Principibus non modicum inducunt præiudicium, tunc maximè, cùm proprio Marte, vt priuatis paſſionibus ſatisfaciant, quædam petunt, & obtinere inſtant, quæ Principes ipſi, quorum legationibus funguntur, ad proprium commodum non eſſent poſtulaturi. Itaque, quoniam Pontifex, cum Principibus, miniſtriſque ſuis, velut Pater ſe gerit, iuſtum reputamus, quòd eidem tanquam filij morem gerant, mæroreq; omnem auertant, qui Pontificis animum poſſet contriſtare, hoc prę oculis enixè habentes, quòd legationes huiuſmodi, beneuolentiæ, & reuerentiæ officia ſunt.

Pra-

Præcedentis tractationis occaſione, Direptio Romæ illata anno 1526. ab Exercitu Imperatoris Caroli V. recenſetur, quamque preter, & contrà Cęſaris mentem eueniſſe, apertiſſimè oſtenditur.

C A P. VII.

1 IMpoſturam, quam quidam malignè impingunt de Direptione Romæ illata annò 1526. Caroli V. auguſtiſſimæ memoriæ, planè à veritate alienam reputamus: Lacrymabilis huius euentus memoria, ſic ſe habet.

2 Vehemens tunc temporis vrgebat inuaſionis ſuſpicio, in Status Italiæ; qua de re, ad tutelam, operæ pretium duxit Imperator, copias ſuas circà eoſdem ſtatus habere; Exercitus autem, qui à Carolo Borbonio ducebatur (Regis Galliarum exule, & Rebelle) proprio impulſu circà Romam caſtrametatus eſt: Re autem iſta ad Imperatorē delata, illicò Legatum expediuit, *Cæſarem Feramoſca* Neapolitanum, ſtrenu-

nuum planè militem,& è Gente Patri-
tia(ac ſtauiæ meæ Dom. Eliſabeth Fera-
moſca, ſanguine, eodemque ſtipite
coniunctum.) vt exercitui enixè iniun-
geret, quòd relictis Romanæ Vrbis
cõfinibus, Inſubriã quãtò citiùs reuer-
teretur; mandatiſque huiuſmodi licèt
plures, ex Principalib; militib; paruiſ-
ſent, potior tamen exercitus neruus, ra-
pacitati intentus, & fortaſsè à Generali
ſuo ſuaſus, atque impulſus, in eundem
Imperatoris Legatum, ferociſſimè ir-
ruit, illumque interemiſſet, ni vitæ ve-
locem curſum, velociſſimo peroptimi
Equi ſui curſui *Feramoſca* non cõ-
mendaſſet; quò facto, irruentibus Co-
pijs, fœdiſſimo Cladis, & lucri deſide-
rio dedere ſatis.

3 Veritatis huiuſmodi aſſertrix eſt
quædam *Epiſtola Caſtilionis*, poſita
in volumine variarum Epiſtolarum,
impreſso Venetijs: Cùm enim tunc
Caſtilionus legatione fungeretur pro
Summo Pontifice apùd Cæſaream Ma-
ieſtatem, in ipſum Legatum Pontifex
aſperrimè iratus conquærebatur, quòd
malè vices ſuas apùd Cæſarem expo-
ſuiſset, quòdq; aduersùs rerum exitus,
ſatis illum redderet culpabilem: Cui
Caſtilionus reſpondit, Imperatorem
hoc

hoc facinus nedùm ignoraſse, ſed ſedulò incubuiſſe, vt copijs ſuis iàm irruentibus occurreret, nè vlterùs progrederentur.

4 Alia etiam in medium profertur *Epiſtola eiuſdem Imperatoris*, Anglorum Regi traſmiſsa; inibi enim irrecóciliabilis doloris tenore proſequitur, quantum ſenſerit Vrbis direptionem, legatique ſui violatas vices, mandataque ſpreta, enixè expoſtulans, quid in tanti ponderis negotio ſentiat, ſibique prodeſse conſultò valeat.

5 Deniquè ſuadet hoc ipſum, ſincera atteſtatio, quam idem Imperator S.P.Q.R. reſcripſit, tenoris ſequentis.

Illuſtres Magnifici ſpectabiles, & ſincerè dilecti, &c.

Romani Imperij dignitas, hac à nobis lege ſuſcepta eſt, vt quantum per nos fieri posſit, ſarcinam hanc, non tàm pro noſtra, quàm prò Reipublica Chriſtianæ, ipſiuſque Romani Imperij gloria ſuſcepiſſe videremur, atque vt Romanorum nomen, temporum iniuria ferè extinctum, in priſtinum ſtatum erigere; idque rursùs per vniuerſas Orbis nationes clariſſimum, & celeberrimum reddere liceret, vt, qui in Chriſtianorum Prouincias, Religionis

Prin-

Principatum obtinuerunt, quorumque religioſis legibus, à Chriſtianis vbique obtemperatur, eorum etiam Religioſis legibus, & profanis Iuribus, Chriſti nominis hoſtes colla ſubmitterent, ſimulque, & Chriſti, & Romani Imperij gloria, beneficio noſtro reſtitueretur, Verùm tamèn à vicinis noſtris ad bellum prouocati, Ciuilia arma tamdiù exercere coacti ſumus, quouſque in poteſtate noſtra fuit, labentem Rempublicam reſtaurare, reſtitutoque priſtinæ libertati Gallorum Rege, maluimus iniquam pacem amplecti, quàm bellum æquiſſimum proſequi, vtpotè qui longè maiora prò Chriſti gloria perficere poſſe ſperabamus: Dumq; ad eam Prouinciam accingimur, ecce Summũ Pontificem, arma in nos, noſtramque dignitatem mouere ſentimus, itaùt nupèr, qui Ciuilia arma poſueramus, pluſquàm Ciuilia reaſſumere, nouaſq; copias in Italiam mittere, coacti fuerimus, nè cum maxima ignominia noſtra, Reipublicaque iactura cedere deberemus: Quo factum eſt, vt dum Pontifex oblationibus noſtris ſæpiùs ſpretis, vnà cum alijs Chriſtianis Principibus, arma in nos (nil tale ab eo ſperantes) mordicus continuare ſtudet, Noſq;

pro

prò noſtra, ac ſubditorum noſtrorum, & Romani Imperij Salute, ac dignitate, copias noſtras manutenere, noſque ab iniurijs defendere curamus. Milites noſtri, Pontificem ad honeſtam Pacem nobiſcum componendam inducere volentes; Ducibus nè quidquàm prohibẽtibus, nobiſq; inconſultis, *in Vrbem iſtam, quam nos inter cæteras, ab omni moleſtia præſeruatam optabamus, cum impetum fecerunt,* quem ſi fieri poſſet, nos, vel ſanguine noſtro redimere vellemus, noſtroque mærori, ac luctui, nèc modum vllum, nèc finem certè concederemus, *ni poſt malum hoc, maius bonum ſequi poſſe ſperaremus, aperta via, tùm ad pacem vniuerſalem, tùm ad arma in perfidos Religonis noſtræ hoſtes conuertenda, idque tandem in veſtrũ, ac Reip. honorem, & commodum futurum Vobis pollicemur. Quarè vos, vt omnem præteritæ calamitatis dolorẽ deponatis, bonoque animo ſitis hortamur, ſperetiſque incommoda hæc, multa cum dignitate, & gloria vobis reſarcienda eſſe: Nos enim Imperium, Regna, Dominiaque, ſanguinem denique, ac vitam ipſam noſtram nunquam non ſumus expoſituri, ùt Carolo V. Imperante, priſtinum Romanæ dignitatis,*

glo-

gloriaque incrementum aſſequantur, Proùt hæc latiùs nobilis fideliſque nobis dilectus Petrus, à Verey, Baro Sācti Iuliani, Camerarius, ac Dapifer noſter, vobis noſtro nomine referet. Cui vos fidē habebitis. Dat. VII. Kal. Aug. 1527.

Yo el Emperador.

6 Itidem non verendum, quòd cùm calamitatis huiuſmodi tempore, ortus eſſet Imperatori, Principes Philippus Primogenitus filius, præintima cordis triſtitia, tùm publica, tùm priuata natalitia gaudia, mærori ceſſerunt, & lætitia in luctum verſa, per plures quidem hebdomadas, campanarum quoque tinnitus conquieuit.

7 Ex his omnibus vindicata remanet impoſtura, Carolum ſcilicèt Pijſſimum, Cæſaremuè Religioſiſſimum, quandoque defeciſſe à filiali obſequio, ergà *Pontificem*, & Sanctam Sedem; laceſſitus quidem ad Regnorum ſuorum munimen, & præſidium, arma ſuſcepit, parauitque: Quid enim ad Cæſarei culminis gloriam, vel emolumentum ceſſiſſet; Carolum nempè Romanorum Regem, Capitolij ſui Iura temeraret? Romanum quoque Imperatorem, Quirites in Quiritibus requireret;

Hæc

Hæc eſt inimicorum ſpectata perfidia, eadem prorsùs impoſtura collidi, qua alterius gloriam labefactare portentant.

Sede Vacante, quid Catholicos, Chriſtianoſque Principes deceat, dum eligendus venit ſummus Pontifex.

C A P. VIII.

1 AD quæſiti propoſitum, reminiſcentia dignum eſt, veteribus ſæculis, rerum vrgente diſcrimine, in quodam Concilio Romæ celebrato, interuenientibus centum-quinquaginta tribus Epiſcopis, & Abbatibus, ſub Adriano Pontifice, conceſſum fuiſſe Francorum Regi, ius Pontifices eligendi, & Apoſtolicam Sedem ordinandi. *Can. Adrianus 63. diſt.*

2 Deindè, Leo, Adriani in Pontificatu ſucceſſor, præcedentem inueſtituram Carolo Gallorum Regi elargitam, ſuper Pontificis electione, nèdum confirmauit, nouiterque roborauit, ſed ùt factiones, & hoſtes diſſiparet, eadem Apoſtolica authoritate conceſ-

ceſſit Otthoni Primo Regi Theotonicorum, & ſucceſſoribus illius in Regnis Italiæ in perpetuum, facultatem eligendi Pontificem. *can. in ſynodo ead.63.diſt.*

3 Ità enim tùnc fieri Italica tranquillitas poſtulabat, de qua re memor eſt *Azor. Inſtit. moral part.2.lib.4. c.2.quæſt.3.* Deſueuit tandem memorata authoritas, temporalibus *P*rincipibus collata, quòad Pontificis electionem; nouoque decreto ſancitum fuit, vt Romanus Pontifex, præſentibus dumtaxàt Imperialibus legatis, conſecraretur. *can. quia ſancta Romana Eccleſia. ead.cit.diſt.*

4 Demum Ludouicus Rex Francorum, & Romanorum Imperator, expræſſa pactione ſpopondit, partem vllam in futurum, nèc ſe, nèc ſubiectos ſuos habituros in Electione Pontificis, decernens ſe ei pariturum, quem Diuina inſpiratio ad *P*ontificatus Faſtigiū euexerit, *can. Ego Ludouicus ibid.* Adeòut nèc Legatorum ſuorum præſentiam, conſecrationi ſibi reſeruauerit, per hæc verba: *Et dum conſecratus fuerit, legati ad nos, vel ad noſtros ſucceſſores Reges Francorum dirigantur, qui inter nos, & inter illum, amici-*

tiam

tiam, & charitatem, & pacem conſocient.

5 Hac hodie ſanctiſſima lege viuimus, vt nequeant Chriſtiani Principes, in electione Summi Pontificis ſe intromittere *can.* 1. & 2. *ead.* 63. *diſt.* Sic etiã Sanciente Pij IV. conſtitutione in illis verbis: *In viſceribus IESV CHRISTI. D. N. enixè rogamus, & hortamur, & ſub diuini intimatione iudicij pracipimus, & mandamus, vt attendatis magnitudinem myſterij, quòd per vos tractatis, &c. in dandis ſuffragijs, & alijs omnibus, & ſingulis electioni quomodolibet concernentibus, omni dolo, & fraude, factionibus, & animi paſſionibus remotis, ac Principum ſacularium interceſſionibus, cateriſque mundanis reſpectibus minimè attendentes ſed ſolum Deum pra oculis habentes, ſe ſe quietè, & pacificè gerere, & habere debeant, nec prò ipſius Pontificis electione conſpirationes, conditiones paſſiones, & alios illicitos tractatus inire, ſigna, aut contraſigna votorum dare, minaſque aliquibus deferre, tumultus excitare, aut alia facere per qua electio retardetur, vel minus liberè ſuffragia praſtent. p ſe, vel p aliũ, directè, aut indirectè quouis colore, vel inge-*

genio audeant, vel præſumant; quòd ſi ſecus fecerint, vltrà diuinam vltionẽ, arbitrio futuri Pontificis, prò modo culpæ in eis quãdocũq; animaduerti poſſit.

6 Huiuſmodi ergò ratione(vt noſtrum reſoluamus quæſitum) Chriſtianos Principes monitos eſſe oportet, nè quidquàm ſibi, Sede vacante, vſurpent, in electione noui Pontificis, niſi quantum ad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ incrementum, totiuſque Chriſtiani Orbis tranquillitatem conſeruandam pertinet: Hoc ſanè præceptum, ex ore etiã intelligant Religioſiſſimi Imperatoris Caroli V. qui *in monitis Auguſtanis*, §. 18. ſic fatur.

7 *De mas d'eſto, tenreis aduertençia, que el Papa preſente es cargo de años, y ſe falda deſpues de mi, procurareis todo lo que podreis buenamente, que la elecçion del futuro Pontifice ſe aga como requiere, la grande neceſſitad de la Chriſtianidad, ò por menos mal ſeguiendo la iſtruiçion, y manera que para eſte effecto, hè embiado à mi Embaxador en Roma, en que no ſe pretende otro, nì ſe tiene otro fin, ſi nò que ſe haga buena election y ſe obuien las platicas contrarias, y en eſta y en las otras elections, doueis hazer ſiempre*

pre lo ſemejante, confiado en Dios, que en eſto lo mirarà, y acceptarà Vueſtra Sancta intençion.

8 Quòd ſi pro bono Eccleſiæ, ac ad tranquillitatem in Chriſtiana Rep. conſeruandam, viderint, aùt percepe-rint Principes, præſertim Italiæ, aliquē ad Pontificatus faſtigium adſpirare, per quem aut vexatio Eccleſiæ inferri, aut Chriſtiana tranquillitas conturbari probabiliter poſſet, vtpotè quia, tanquam inimicus, ſeù vehementer infenſus alicui Principi, de bello in eum ineundo metueretur, proùt eueniſſe ſæpiſſimè legimus, non ſinè maximo Chriſtianæ Reip. & Eccleſiæ detrimēto; tùnc arbitrarer, poſſe Principem illum, ſuppliciter de ſuo metu, eiuſque ratione, Sacros Electores certiores reddere, vt quid prò ipſius, & Eccleſię indemnitate præcauendum ſit, in futura electione conſpiciant.

9 Quòd mihi ſuadetur ex *tex. ind. can. in Synodo*, vbi veteribus Sæculis ius dabatur Temporali Principi eligēdi Pontificem, Italicæ dumtaxàt tranquillitatis intuitu; quòd licèt iam laudabiliter deſueuerit, non idcò tamen exorbitat, quòd facultas concedatur inter tot Sacros Concurrentes, vnum aut

alium

alium, tanquam vehementer ſuſpectũ recuſare, eiuſque electio, nè ſequatur, inſtare.

10 Atque ideò definiri, ſeù deſcribi poſſet Excluſiua huiuſmodi, vt ſit, *Propoſitio à Principe facta ſacris electoribus de damnis imminentibus Eccleſiæ, & publico bono, ex electione alicuius determinatæ Perſonæ, ob iuſtas cauſas à ſe expoſitas.*

11 Neque huiuſmodi officia, prudenter, ſummaque reuerentia acta, ſupracitatæ Pontificiæ conſtitutiones, tũ veteres, tùm nouæ prohibent; vtpotè quibus Sæcularium Principum induſtriæ, ab electione Summi Pontificis, propelluntur, atque damnantur; Qui enim excludit vnum, aut alium, nullam in electione partem habet, aùt electioni obſtaculum parat, cum cæteri eligendi ſuppetant.

21 Et ſanè ſi verum, receptumque eſt quòd ait *Cardin. Gaietan. tom. 2. Opuſcul. tract. 9. quæſt. 3. §. quoad tertium*, quòd Excellentiſſimæ charitatis eſſet opus, ſi volentibus electoribus, aliquem virum pernicioſum in Pontificem eligere, pecuniam quis eis daret, nè tàm immane ſacrilegium committerent; Nam ſicut volentibus materiale

Tem-

Templum ſpoliare, pecunia laudabiliter datur, ùt abſtineant; ſic à fortiori, licitum, & laudabile reputari poſſet, ſi quis operaretur, nè Perſona ad Pontificatum ſuſcipiatur, ex cuius electione Eccleſia, & Chriſtiana tranquillitas poſſet periclitari.

13 *Et P. Franc. Suarez tom. 1. de Relig. lib. 4. cap. 50. num.* 35. de eadem re agens, concedit, non eſſe ſimoniam dare pecuniam electoribus, nè indignũ eligant, quia non dicitur dari prò re ſpirituali, nèc ſimpliciter pro vſu ſpiritualis poteſtatis, ſed magis prò non abuſu illius; redditque eam rationem idem *Suarez*, quòd per talem largitionem non emitur, nec venditur *P*ontificatus, ſed negotium in eadem eligendi libertate relinquitur: *S*iquidem, licèt eligendi poteſtas libera omninò, nulliſque illaqueata paſſionibus eſse debeat, tamen eadem libertas oportet, quòd à Iure reguletur, quo de iuſtitia tenentur Sacri Electores illum inthronizare, per quem Eccleſia, & Chriſtiana tranquillitas detrimentum haùd patiantur; Ergo qui hac ratione pecuniam dat, nè is eligatur, non videtur eligendi libertatem temeraſse, ſed magis libertatem illam ad iuſti normã reducere

D vo-

voluiſse, taliter commune bonum procurando, & Eccleſiam à futura redimendo vexatione.

14 Sicque concludit *Suarez loc. cit. num.* 38. quòd per illam pecuniam non determinatur voluntas eligentis, magis quàm ſecundùm rectam rationem determinari debuiſset, ſed tantùm à malo remouetur, & inducitur ad bonum, non emendo ſuffragia, ſed remouendo affectum ab illa Perſona ſuſpecta, vt tractatus in ſua permaneat libertate, ad iuſtam electionem.

15 Et de omnibus habemus in durioribus terminis exemplum in *Sacra Scriptura Geneſ.* 25. vbi Iacob, vt excluderet Eſau à Primogenitura, cui futurum Summum Sacerdotium annexum erat, dedit ei lentium edulium, neque per hoc ſimoniam patrauit, vt docet *D. Thom.* 2. 2. *q.* 100. *art.* 4. *ad* 3. Quaſi id Iacob egiſset, vt ſuam redimeret vexationem, pròut *Angelicus Doctor* inſinuat.

16 Modò autem noſtram apertiùs, declarando intentionem (nè, quæ ſcripſimus, innocentiſſimè aduersùs mentem noſtram intercipiantur) in primis aduertimus, caſum pecuniæ, Sacris Electoribus dandæ, ad obtinendam alicu-
ius

ius excluſionem in electione Summi Pontificis, diſputandi gratia à nobis proponi, cum in facto ſciamus, nec tẽtari, nec practicari per Principes Chriſtianos, atque à Sacris Electoribus abhorreri, nam, licèt non turpiter daretur, turpiſſimè tamẽ reciperetur; Ideoque caſum illum propoſuimus, ùt in fortioribus terminis, hac ſuppoſitione oſtenderemus, adeò Chriſtianis Principibus licere excluſiuas iſtas (vt vocant) cum ſuis iuſtis cauſis proponere, ùt ad illas obtinendas, tanquam Eccleſiæ, & publico bono proficuas, poſsent etiam munera, & pecunias erogare, enixaſq; preces Sacris Electoribus effundere.

17 Secundò dicimus, Excluſiuas à Principibus propoſitas, nequaquã Sacros Electores compellere ad ità faciẽdum; expoſitis ſiquidem cauſis, tunc Eminentiſſimæ illorum Sagacitati, purgatoque ſcrutinio, & Zelo relinquitur, an ità, aùt aliter fieri ſit expediens, & an etiàm expoſitæ cauſæ veræ ſint, & vrgentes, ne fortè accidat, has Excluſiuas, à mera animi paſſione emanare, inſulſiſque proponi, & inſulſioribus tueri rationibus.

18 Tertiò dicimus, quòd, examinatis, diſcuſſiſque à Sacris Electoribus

cauſis ipſius Excluſionis, illiſque veris repertis, tunc Eccleſiam, atque Chriſtianam Remp. ſarctam, tectamue ſeruare, in conſcientia tenentur; ſanè, ſi vel cuiuſcũq; hominis priuati, libenter preces excipere, pro Reipublicæ Chriſtianæ bono propoſitę, tenentur Eminentiſſimi Electores, quantò magis Principũ, qui in faſtigio dignitatis poſiti, plura vident, & præuident.

19 Sed quòad hoc, duo potiora obijciuntur in quadam allegatione, Romæ edita anno 1655. ab Eminentiſſimo, eruditiſſimęque Mineruæ Cardinale *Franciſco Albitio*, tempore Conclauis per mortem Innocentij X. Sanctæ memoriæ, quam allegationem in ſcribentium, & differentium arenam, compendiosè reaſſumptã dedit impreſſitq; *R. D. Franc. de Magiſt.* huius Neapolitanæ Maioris Eccleſię Canonicus *in Sylua Eccleſiaſtica lib.* 1. *tit.* 6. *de mod. eligend. cap.* 3. *à num.* 11. *cum ſeqq. f.* 168.

20 Primum, quòd futurus metus Principis excludentis nullius efficacię reputetur ad ipſam excluſionem admittendam, quòdque vehementius ſit præſens præiudicium, quod Perſonę excluſæ infertur, quaſi iure ſuo priue-

uetur, quàm metus futuri, incertique damni, cuius intuitu excluſiua proponitur.

21 Secundum, nàm, cùm omninò teneantur in conſcientia Sacri Electores, ad Summum Pontificatus culmen extollere illum, quem digniorem pro ſupremo Sacerdotio agnouerint; Per conſequens haùd debent iſtas excluſiuas admittere, nè contingat, illum à Chriſtianis Principibus excludi, qui tanquàm dignior, eſſet de iuſtitia inthronizãdus; quo facto, ſequeretur abſurdum, nàm Electores ipſi peccarent in charitatem, ac in Iuſtitiam, tùm legalem, tùm commutatiuam, quin ad omnia etiã damna tenerentur in beneficiũ Eccleſiæ, totiuſque Chriſtianæ Reip. eò quòd, omiſſo digniore, intuitu illius excluſionis, alium minus dignum elegerint.

22 At nos, vt quæ dicta ſunt, ab oppoſitionibus his tueamur, dicimus, primum dubium reſolui, nam, veris concurrentibus cauſis, quibus probatur, quod veriſimiliter, ſi excluſus à Pontificatu, inthronizaretur, eſſet iniuſta bella accenſurus, vel Chriſtianam tranquillitaté perturbaturus, ſiue quid ſimile acturus, tùnc de iuſto, & probabili

bili metu iſto, enixa, præciſaque ratio habenda eſſet, cùm de iure, nihil interſit inter compulſum, & metuentem compelli, ac inter metum, & metus timorem, ità docente I.C. in *l. pupilli 6. verſic. quid ſi compulſus, ff. quòd falſ. tutor. auth.* vbi ità excuſatur is, qui ad aliquid faciendum compellitur, quã qui ad idem metuit compelli.

23 Secundum quoque facili negotio tolli, nam negamus, eum eſse ex eligendis ad Pontiſicatum digniorem, qui Chriſtianis Principibus inuiſus, inſenſuſque, iuſtas de ſe ſuſpicandi cauſas dedit, quòd Remp. Chriſtianam perſum dabit; & quomodò ſanè poſset dari, vt eodem tempore quis dignior, & omnibus numeris præ cæteris abſolutus dici poſſit, & tamen de eodem iuſtiſſimè dubitetur, quòd ſi fuerit electus, bella mouebit iniuſta, & Remp. Chriſtianam maximæ exponet iacturæ? An non bonum ex integra cauſa? An non hic oportebit, vt cedat alteri, qui, non ſolùm dignior, ſed abſolutè dignus erit exiſtimandus?

24 Hac vnica reſponſione, omnes rationes laboriosè congeſtæ in memorata allegatione, prorsùs ruunt, vtpotè quia vnico principaliori fundamento ni-

nitantur, vt ille ſit in Pontificem eligendus, qui cæteris dignior videatur, quod & nos concedimus, ſed ſuppoſitum propoſitionis negamus; quia non eſt dignior ille, qui Chriſtianis Principibus eſt infenſus, ciſque rationabiliter ſuſpectus: Atque ideò veriùs cenſemus, vt ex non ſuſpectis Cardinalibus, dignior debeat de iuſtitia eligi, applicando inter iſtos tantùm omnia doctiſſimè allegata ab *Eminentiſſimo Albitio.*

25 De cætero, nec nouum, nec exorbitans eſt, decentius, Sanctiuſque reputari, eum ad Summum Pontificatum eligi, qui, non tantùm internis ſit condecoratus virtutibus, probitate nēpè, & doctrina, ſed, qui Chriſtianam Remp. externo, politicoue gubernio, ſciat incolumem ſeruare: De qua re exempla plurima habemus Summorū Pontificum, Sanctitate coruſcantium, qui tam maximum Miniſterium, regere non valentes, nec voluere; Summæ itaque dignitati renunciādo, hæremiticam, Sanctamque vitam, quam per prius agebant, repetierunt, vt Celeſtinū V. poſteà Sanctum Petrum de Murone legimus, feciſſe.

26 Demum libuit obſeruare, quod

eadem ratione, qua præcedenti *capite* dixîmus, decere Chriſtianos Principes eſſe Apoſtolicę Sedis peruigiles defenſores, & vindices, decet quoque Pſeudopontificem, quem Antipapam vocamus, illiuſque confœderatos, & fautores, ferociſſimè vſque ad illorum exterminium perſequi inceſſanter; dictuſq; Antipapa eſt, quòd non ſit canonicè electus, veroque Pontifici anteire prætendat, ſerendo in Eccleſia ſciſſuras, & inter Catholicos Principes Zizanias, quibus demum bella ſuccēduntur implacabilia, noſtraque Religio in diſcrimine conſtituitur; nam hæreſes multæ excitantur, & fomento creſcunt, Principes, Magnateſque multi, illuſionibus decepti, & incrementi ſpe allecti, ab obedientia vero Pontifici debita, prorsùs diſtrahuntur, cunctaque alia in irreparabilem ruunt confuſionem, donec Draco ille decidat: In ſpem ducimur, quòd calamitas iſta, decurſis longè ſæculis, frequens, haud ſit de cætero euētura; Sin minùs, tùnc ſuprà omne quodcumque ſtudium, Catholicis Principibus in præcordijs ſit Antipapam ab Eccleſia declaratum, & Sectam illius diſperdere.

27 Ger-

27 Germano Clauium ſenſui hæc omnia ſubijcio: ac, ſi quę minus ipſi cóſona Lector inueniet, me in omnibus ea experietur obliterare paratum, cenſurę que ſubmiſſum.

Sic me cuncta acturum, ſcripturumque proteſtor, iſtoque pijſſimo animo ad huius, cæterorumque operum texturam acceſſi.

De Cura extirpandi hæreſes, Religioſè, & Politicè à Principibus habenda.

CAP. IX.

1 ACrem Princeps curam ſuſcipere debet, nè in ſua ditione hæreſes ſuboriantur, neuè exortæ creſcant, ſed protinùs euellantur. Quia, ſi Iure moleſti ſunt Reip. ij, qui rapinis, & inſultibus, illius tranquillitatem perturbant, longè moleſtiores illi cenſendi ſunt, qui doctrinarum nouitate hæreſum ſemina ſpargunt, iniuriam Religioni, & publicæ quieti inferendo, ſicuti optimè ponderat *Coſter.*

in Enchir. Contr. cap, 2. fol. mihi. 98.

2 Nèc ſemel legimus, huiuſmodi falſarum doctrinarum nouitates, Regna ad exitium perduxiſſe, cùm ſoleant authores illarum, aùt Imperij, aùt nominis cupiditate, Populum in Sectas ſcindere, quibus poſtmodum factiones, & tumultus excitantur, & Imperia ad interitum perducuntur,

3 Vndè *Pegna in director. par. 3. comment. 158. §. caueant,* docuit, quòd niſi cauſa fidei in tuto ſit, & hæreſes extirpentur, Regna, & Dominia nequeunt diutiùs conſeruari, ad quòd ponderat locum *Iſaiæ cap. 60. verſ. 12.* illis verbis. *Gens enim, & Regnum, quod non ſeruierit tibi, peribit, & gentes ſolitudine vaſtabuntur.* vbi doctiſſimus *P. Cornel. à Lap.* id intelligit, nedum de æterno interitu in gehenna, ſed etiam de temporali.

4 Hic enim pręcipuus hæreticorū intentus eſt, non tantùm Religioſum, ſed Politicum quoque Reip. Statum euertere, atque corrumpere, ùt plenè apud *Param. de orig. Sanct. Inquiſ. lib. 3. tit. 3. capit. 7. per tot.* Idque etiam in confeſſo eſt, apud eundemmet omnium nefandarum hæreſum authorem peſſimum, iniquitatis, & nequitiæ

filium

ſilium *Martin. Luther. in proœm. 1. ad corinth.* qui fætido, horrendoque ſuo gutture, ſeù potiùs cloaca, ſimulato zelo,ità fatur. *Inducta hæreſi, hinc etiam ſcandala, corrupti mores, luxus, auaritia, ſcortatio, contentio, ebrietas, & id genus vitia, cum ſummo Chriſtiani nominis dedecore, paſſim craſſantur, modernorumque Doctorum ambitio* (qualis ipſe ſua ętate) *& auditorum lauitas, profaniſſimam vitam, contemptum Dei, contemptum omnis ordinis, & Epicuream profanitatem inducit.* Videnduſque *Caren. in antelud. tract. de offic. Sanctiss. Inq. à n. 27. ad* 40.

5 Veritatem hanc clariſſimã agnoſcens Carolus V. omniũ Imperatorum maximus, maximèque pius, Sereniſſimo filio ſuo Philippo II. poſteà Hiſpaniarum optimo, & Inclito Regi, his verbis in codicillis enixè iniunxit. *Ab ipſo obnixè peto, & cum qua maxima poſſum contentione obteſtor, & tanquam Pater amantiſſimus, prò illius ergà me obſeruantia præcipio, ut huius rei (in qua totius Hiſpaniæ ſalus agitur) ardentiſſimè curam ſuſcipiat, vt ſcilicet omnes hæreſis labe infectos debita ſuis flagitijs pęna excipiat.* Statimque ſubnectit: *Ad cuius effectum*

Sanctæ Inquiſitionis officium omnibus fauoribus proſequatur, cuius vigilãtia in his Regnis Catholica fides augetur, & Chriſtiana religio conſeruatur.

6 Id quod ideò Pijſſimum Cæſarem in codicillis commendaſſe arbitror, vt eximiam ſuam curam, ardenſque deſiderium, ſuprà omne aliud negotium hac in re geminatè oſtenderet quia per priùs idipſum commendauerat teſtamento, his verbis: *Inter alia hoc præcipuè, & obnixè illi commendo, vt Sanctæ Inquiſitionis officium contra hæreticam prauitatem diuinitùs inſtitutum, illiuſque miniſtros, & officiales, omnibus fauoribus, & honoribus proſequatur, eò quod hoc vno remedio grauiſſimis in Deum offenſionibus obuiam itur.*

7 Qua occaſione ſubſtinere non patior, quàm oſcitanter loquuti ſint quidam corruptæ Religionis, laxæque vitæ, & conſciẽtię Authores, appellantes Hiſpanicum Sãctiſſimę Inquiſitionis Tribunal *Sanguinariũ* inter quos eſt modernus Politicus *Ioannes Paul. Felmig.* Arbitror tamen, non alia eos moueri ratione, quã inuidia, & liuore, quod præ Sancti illius Tribunalis Inſtitutione, nequiuerint *Cal-*

uini,

uini, *& Lutheri* venena Hiſpaniam penetrare, tanquam benè munitam, & antidotis peroptimis obuallatam; Nã, vt *Ribadeneir.* dixit *in vit. S. Ignat. lib. 3. cap. 7.* loquens de hoc Tribunali. *Que Dios mobio los Coràzones de los Reys Catholicos D. Fernando, y D. Iſabel, por medio de Barones Sanctos, y inſignes, quæ procuraſſen la renouaçion de tan Santo Tribunal con maiores fuerzas por el año 1483. dos años antes, que naſcieſſe el perſido Lutero.* Vt proindè benè conſonet ad idem authoritas *Gabrera in hiſtor. Philippi 11. lib: 5. cap. 3. fol. mihi 236.* dicentis. *Que fuè remedio del Cielo, y Angel de la Guardia del Paradiſo, donde la prouedençia diuina aſſiſte para caſtigar con buen orden, y conçierto, en la eſequçion de las penas.* Vndè moderníoribus temporibus teſtatur doctiſſimus *P. Michael. de Elizalda tract. de form. vera Relig. num. 266 & 277.* Ianſenianam hæreſim, quę Galliam, & Germaniam infeſtauit, Hiſpaniam non appuliſſe.

8 De cætero autem, quo pacto, *Sanguinarium*, appellandũ eſt Tribunal illud, & vti auaritiæ labe conſperſum, ſi illud Hiſpanica Monarchia,

cum

cum ſui temporalis dominij diminutione inſtituit, immenſaque ſumptuū erogatione ſtabiliuit, ac cenſuit neceſſarium? iniuria ſanè, damnatur ab vno, aut paucis hæreticis, viris craſsæ, breuiſque intelligentiæ, quandò illud elogijs extollit, eiuſque augumentum, & firmitatem commendauit Carolus V. Romanorum Imperator Auguſtiſſimus, Chriſtianæ, & Ciuilis Politicæ Magiſter, Vir præ omnibus, ob ſuam præſtantiam præponendus? Quomodò denique in contumelia eſt Tribunal illud, tanquam *Sanguinarium*, ſi communiter doctiſſimi Scriptores, ſummis eſſe laudibus extollendum putarunt? Legito præter *Ribadeneir.* & *Gab. loc. cit. Param. de offic. Sanct. Inq. lib. 2. tit. 3. cap. 2.* & plenè *Caren. in antelud. tract. de offic. Sanct. Inquiſ. à num. 63. ad fin.*

9 Irruant itaque pro modo nefariæ eorum libertatis hæretici in Tribunal illud, raucis vocibus, liuidiſque vocabulis; nàm quiſquis bono, pioque præditus eſt intellectu, agnoſcet ſtatim, quàm inſipientèr loquantur.

10 Intereà vnum ſupereſt notandum, curā hanc, vt extirpentur hæreſes Chriſtianos Principes ſuſcipere debe-

re

re , tùm Religionis gratia , quæ præcipua,& in potiori cauſa eſt , tùm etiam ad Politicam pacem,& tranquillitatem aſſequendam, per ea ,quæ initio huius § inſinuauimus ; Et,ſi credamus doctiſſimo *P. Velaſquez in Commentar. ſuper Pſal.* 100. seù *de optim. Princip. lib. 2. adnot. 5. moral. num.* 8. præcipua cauſa amplitudinis Hiſpanicæ Monarchiæ,illiuſque firmitatis eſt, cultus Catholicæ Religionis , Orthodoxæ fidei propagatio , & Tribunalis Sanctæ Inquiſitionis Inſtitutio,ad hæreſes expellendas, & extirpandas.

De data fide,etiam Infidelibus,& hæreticis ſeruanda.

CAP. X.

1 DAtę , ſponſæque fidei præſtantiam hoc pacto *Cicero* extollit , eſſe nimirum fidem , *Dictorum,conuentorumque conſtantiam , & veritatem*, quia per eam fit quod dicitur,& pollicitis adimpletur , *lib.* 1. *de offic.* alioque modo , *magnum humanæ Societatis vinculum* , nuncupatur, vt proindè,cùm fides fallitur,aùt lęditur, ipſa quoque Ciuilis ſocietas abo-

ri-

ritur *Liu.ſib.6.cap.41 num.*15.& peroptimè *Ariſt. Rhethor.lib.*15.inquit, quòd *infirmatis, violatiſque pactis, tollitur inter homines commerciorum vſus*, quià ipſa natura læditur, ſecundùm quam, fidem omninò ſeruandam fore edocemur, iuxtà ſenſum Imperatoris *in l.nil tàm naturale, C. de pact.* ibi: *Nihil tam naturale eſt, quàm ea, quæ promiſimus, ſeruare.* Itaque, vt concludamus, Fidem, præſertim iuratã fallere, in Dei, & naturæ iniuriam, ac in publicæ, Ciuiliſque ſocietatis detrimentum redundat.

2 Fides hæc in Principe ſtrictior, atquè præſtantior, quàm in cæteris exigitur; Vndè Romanum Imperium, propè ad Sydera euectum fuiſſe legimus, quià Clientem, in ſua fide acceptum, Chariorem habebat, quàm coniũctum. *Saluſt.in Cathilin. cap.* 51. *fol.* 22. & fidem accuratè ſeruabat, pacta præſertim cuſtodiendo, ſub quibus pacem, fæderaque conſolidabat. *Valer. Max.lib.*5. *cap.*6.

3 De hac fide alloquens Magnanimus Imperator Carolus V. *in monitis Auguſtanis*, §.13. Sic Principi Philippo filio ſuo enixè iniunxit: *Quanto à la dicha tregua, que he por mi parte*

ra-

ratificado, mirareys que ella ſe obſerue enteramente de la vueſtra, por que es razon que lo que he tratado, y trateys ſe guade, y de buena fee. con todos, ò ſeã infieles, ò otros, y es lo que conbiene à los que Reynan y à todos los buenos.

4 Monet ergò, vt etiam infidelibus, cęteriſque ſimilibus fides pręſtita ſeruetur, id quod eundem Maximum Imperatorem practicaſſe, in comperto eſt, dum cenſuit, fidem fore ſeruandã, fœdiſſimo Luthero pollicitam, licèt inquam, in re tanti momenti, non defuerit, qui conſilium de fide non ſeruanda præſtitiſſet, quaſi fides eius generis hominibus malè data, peius ſeruetur, authoritate *Cardinalis Hoſij, ad Regem Poloniæ*, quem tuetur *Maierhof. in ſpec. Prædicat. fol.* 410. Communior tamen Patrum, & Sapientum virorum conſenſus, rectiùs cenſuit, Luthero, qui ſub Cæſaris fide, & ſponſione aduenerat, fore tutum, & inoffenſum dimittẽdum, ùt apud *Bodin. lib* 5. *de Repub. c.* 6. cuius meminit *Felming. in diſſert. Polit. cap. de Religion. n.* 13. *verſ. Hinc quibuſdam videtur. fol.* 598. & pleniùs idem *Felminger. in integr. tract. de fid. hæret. ſeruand. à fol.* 620. *cum ſeqq.* vbi *ſub num.* 8. *in fin.* iterùm Lutheri à Ca-

rolo

rolo V. dimiſſi mentionem agit, fide ei pleniſſimè ſeruata, de qua etiam re tractat *Zenocar. in Vit. Caroli V.* vide tamen in hac re *Eminentiſs. Card. Palauicinum in ſua de Concilio Tridentino hiſtoria.*

5 Sub hoc, inquã, ſeruãdæ fidei documento, illud quoque ſtabiliri oportet, vt, cùm non ſemel accidat, Vrbes armis infeſtas, atque obſeſsas ab hoſte, qui diuerſam profiteatur Religionem, cum eo paciſci, de Vrbis Clauibus tradendis, Valuiſque ſpontè, libentique animo reſerandis, Salua Vrbis Religione, quam illius Ciues, & habitatores, proſequi liberè intendunt, non obſtante, quòd in hoſtem diuerſæ Religionis incidant; tunc, ſi militaria pacta ità firmentur, non verendum, quin ſeruari omninò debeant, Populum hac ſponſione ſubactum, in ſuæ Religionis cultu tolerando; cæteròquin res hæc, planè non veniret ſub alio documento, antecedenti *cap.* inſinuato, de pluribus, diuerſiſque Religionibus, eadem in Ciuitate minimè tolerandis, ſed ſub hoc ſequenti complectitur, de fide ſeruanda Populo hac ſub lege victo.

6 Pacem itidem, atque fædus, iuramento roboratum ſeruari intemeratè

tè oportet, exemplo *Ioſue*, qui pactum fęderis ſeruauit quibuſdam Populis, qui illud ei petierunt, & callidè, falsiſque precibus obtinuerunt, *Ioſu.* 9. Satis enim graue in Sacris Scripturis ręputatur fædus, & iuratam pacem fallere, quia fides frangitur, & iuſiurandũ eluditur, de quo Deus Iudex eſt, & vltor. *Ezechiel.* 17. *num.* 18. *&* 19. ibi: *Spreuerat enim Iuramentum, vt ſolueret fœdus, & ecce dedit manum ſuam, & cùm omnia hæc fecerit, non effugiet; Propterea hæc dicit Dominus Deus: Viuo ego, quoniam Iuramentum, quod ſpreuit, & fœdus, quod prauaricatus eſt, ponam in caput eius, & expandam ſuper eum rete meum, & comprehendetur in ſagena mea, & adducam eum in Babilonem, & iudicabo eum in prauaricatione, qua deſpexit me, & omnes Profugi eius cum vniuerſo agmine ſuo gladio cadent, reſidui autem in omnem ventum diſpergẽtur, & ſcietis, quia ego Dominus loquutus ſum:* Vindicat ergò Deus acriter Iuramenti contemptum, tùnc cùm gratis, aut leuiſſimis prætextibus, Orbis Chriſtiani Principes, Pacem Iuramento initam frangunt, aùt in fædifragia turpiter incidunt.

7 Hæc

7 Hac ratione memoratus Imperator Carolus V. enixè iniungebat, nè fœdera violarentur, ea etiam, quæ cum Turcis inita reperiebantur, vt ex illius verbis ſuprà *hoc cap. relatis. verſic. de hac fide*, nec mirandum, Religioſiſſimum Imperatorem fædus cum Turcis pepegiſſe; tùnc enim Turcica arma, inſtigante Franciſco Gallorum Rege (vt Imperatori moleſtior eſſet) Chriſtianorum Status continuò vrgebant, & infeſtabant, preſertim in Germania. & Italia, vt proindè ritè cenſuerit, tàm ad ſuam, quàm ad Chriſtianæ Reipublicę vexationem redimendam, Politicum, religioſumque fædus cum illis ſtabilire, ſicùt ipſemet teſtatur *eod. ſup. cit. loc.* dicens: *Y en quanto al dicho Turco, es neceſſario no ſolamente para lo de vuoſtros Reynos, y Señorias, que heredareys, mas para lo deſta Germania, y toda la Italia ſeñaladamente, y por no dar mas occaſion al Rey Franceſco de eſtornar, y ynquietar la Chriſtianidad, como lo hà hecho en lo paſſado.* Vndè, ſi quid irreligioſitatis in eo fædere maligni velint inquirere, ab vrgētibus hoſtibus agnoſci oportet, quòd Religioſiſſimum Imperatorem, etiàm nolentem, ad fædus

dus illud coegerint, ùt inſidias, moleſtiaſque longè pernicioſiores euitaret; cæterùm innumera argumenta confirmant, anxiùs peroptaſſe in Turcas irruere, noſtræque fidei Theſſeram vindicare, ſi cæteri Chriſtiani Principes ſuæ adhæſiſſent colligationi, vel ſaltim ei moleſti non extitiſſent, proùt ſuo peculiari loco demonſtrabimus.

8 Demùm inducias inter prælian-tes exercitus interpoſitas, ad defatigatorum militum refectionem, fidemque pro illarum firmitate præſtitam, ſeruari etiam inuiolabiliter conuenit, nec tunc ſolùm, cùm inter Religioſorum Principum exercitus initæ ſunt induciæ, ſed tunc etiam, cùm inter Religioſum, & infidelem ſtatuuntur, ùt debeāt infideli intemeratè ſeruari, ad quod longè præclarum eſt exemplum, relatum *à Laonico Calcondil. lib. 6. de rebus Turc.* vbi, cùm Rex Pannoniæ, inducias cum Amurathe II. Turcharum Imperatore ſtatuiſſet, eaſque repentè Pannonus violaſſet, atq; ideò Turcharum exercitum ità aggreſſum diripere cæpiſset, tùnc Amurathes de ſui exercitus interitu ſecurus, conſpiciens inter Chriſtianorum agmina *CHRISTI CRVCIFIXI*, & *REDEMPTORIS*

no-

noſtri Imaginem, mox eleuata voce clamare incæpit. *Crucifixe, ſi Deus es, vindica perfidiam Populi tui, qui Iuſiurandum nomini tuo datum tàm ſceleratè violat.* Quo dicto, iuſto Dei iudicio, proxima Hungarorum armorum victoria, in cladem verſa eſt, theſseraq; Chriſtiana, tutò in Turcharum cruore rubricanda, ſuorum ſanguine perfuſa, Iuriſiurandi temerati ruborem oſtenderunt.

9 Vndique ergò, & inconcuſsè ſtabilitur, vt fides hæreticis, & Infidelibus pręſtita, accuratè debeat cuſtodiri: Quod mihi euidentiùs ſuadetur. Primò, nam quoad ea, quę naturalia ſunt, æqualis eſt conditio, idemque commercium, fidelium, ac infidelium, vt meritò, ſi natura dictante, fidem ſeruare compellimur. *d. l. nil tàm naturale,* nullum per conſequens diſcrimen cõſtituendum eſt, inter fidem fidelibus, vel infidelibus creditam.

10 Secundò validior pręſefert ratio, vt ſit fides hæreticis, & infidelibus ſeruanda, non in gratiam ipſorum hæreticorum, infideliumque, iuratam fidem recipientium, ſed ob meritum ipſius Iuramenti, ſponſæque fidei, & præ conſtantia, & obſeruan-

tia

tia iſta non fauet Princeps hæretico, vel infideli, ſed Deo in teſtimonium invocato paret, qui alioqui, ex iniquitate mentientis grauiter læderetur.

11 Tertiò, ſtrictiùs arbitror, eſse Infidelibus, & hæreticis fidem ſeruandam, nè ex pollicitorum tranſgreſſione, in pertinacia contrà Sanctam noſtram Apoſtolicam Religionem, quaſi à nobiſmet contemptam, confirmentur; Sicque per obſeruantiam creditæ fidei, Catholicorum Principum famæ, & Religioni conſulitur, quę aliàs conſterni videretur.

12 Illud autem, quod dicitur, fidem hæreticis, & infidelibus ſeruandam non eſse, quaſi malè pręſtita, peiùs ſeruetur, principaliter nititur authoritati *Venerab. P. Beda in homil.* 44. cuius doctrina canonizatur *in Can. in malis 22. quaſt.* 4. ibi *In malis promiſſis reſcinde fidem; In turpi voto muta decretum. Quod incautè promiſiſti nè facias; impia eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur.*

13 Huiuſmodi enim propoſitio, cum grano ſalis, intelligi oportet, nam *Bed.* & *tex.* loquuntur de malis promiſſis, vt docet ibi *gloſ.* vtpotè, occidere hominem, committere Sacrilegiũ, aut

aùt promittere hæretico, velle ſuam hæreſim amplecti; hæc, & ſimilia profectò ſunt mala, quæ promittuntur, & in quibus conuenit mutare conſilium, fidemque reſcindere, nè mala promiſsa peiùs ſeruentur.

14 Cæterùm, cùm promiſſio ſecuritatis facta hæretico, quòd attinet ad fidem ſeruandam, ſit principaliter de bono, ſicuti quoque Treguæ, Pacis, aùt Induciarum ſponſio, nihilque mali principaliter cõtineat, aùt bono aliquo ad æternam ſalutem neceſsario detrahat, par eſt, quòd intemeratè ſeruetur ex memoratis rationibus.

15 Verùm, quia euenire poſset, quòd hæretici, quibus ſecuritas data eſt, infideleſque, cum quibus fædus, Pax, Tregua, aùt Induciæ ſtatutæ ſunt, ſimileſque corruptæ Religionis Sectæ, quibus iuſta aliqua ratione ſponſa eſt libertas ad cultum illius, velint ſponſione ipſa abuti, eiuſque limites tranſgredi, aùt violare, contrà, & pratèr promittentis Principis intentionem, affectando nimis eorum falſam Religionem, ideoque incipiant illam inter Catholicos diſseminare, & introducere, eoſdemque in vitium, & corruptelam ſuam trahere, illuſionibus, prædicationibus,

nibus, obſtinatis diſputationibus, Tyrannide, aùt alio quocumque medio, ſimilia in perniciem, iniuriamque Catholicæ Religionis moliendo; tùnc profectò, nèdum nec laudabile, ſed nimis indecorum foret, fidem illis, quouis vinculo præſtitam, ſeruare, etiam ſi peierare opus eſſet, quòd triplici ratione comprobatur.

16 Prima, nàm, qui aliquid contrà, aùt prætèr intentionem promittentis ſibi vſurpat, promittenti ſanè, fidem fallere videtur; Vndè tunc conſentaneũ iuſtumque reputatur, quod eidem fides frangatur, iuxtà Iuris adagium, deſumptum ex *tex. in l. cum proponas, C. de pact.*

17 Secunda; nam ſponſio quæcumque ſuos habet limites, cum ſuaq; capi oportet diſcretione, quæ ſi indiſcretis innouationibus violetur, protinus corruit, nàm omnia fas eſt intelligamus, rebus in eodem ſtatu permanentibus. *cap. non debet* 8. *de conſanguinit. & affinit. cap. conſtitutum*, de *reſcript. in* 6. *l. in confirmando* 8. *& l. vel cum fiſco.* 9. *ff. de confir. tutor. l. quæro* 57. *§. inter locatorem, ff. locat. l. ſi conuenerit.* 54. *ff. pro ſoc. l. cum quis* 38. *& l. ſi cum Cornelius* 82. *ff. de ſolution.*

l.continuus 137 §.cum quis. ff.de verb. oblig. l.tale pactum 41 §.fin. ff.de pact. & l.quod Seruius 8. ff. de condit. cauſ. dat. etiam ſi de iurata promiſſione ageretur; vt expreſsè ſancitur *in cap. quemadmodum 25. de iureiur.* quin caſu iſto, potentiam ipſam ſeruandi ſidem abſtrahimus; nam poſse ea tantùm dicimur, quæ poſsumus honeſtè, ac citrà diſcrimen *l.nepos Proculo 125 ff. de verb. ſignif.* iuncta *l.filius ff.de condit. inſtit.*

18 Vltima deſumitur ex *tex. in Can. ſi aliquid ead. 22. quæſt. 4.* cuius aurea quidem verba ſunt, quæ ſequuntur. *Si aliquid fortè nos incautiùs iurare contigerit, quod obſeruatum in peiorem vergat exitium, liberè illud ſalubriori conſilio mutandum nouerimus, ac magis inſtante neceſſitate peierandum nobis, quàm pro vitando periurio, in aliud crimen grauius eſſe diuertendum.*

In-

Vtrùm Religionum, ſeu Sectarum diuerſitas præter Catholicam, poſſit in vna, eademque Ciuitate Politicè tolerari?

CAP. XI.

1 RElígionum, ſectarumque diuerſitas, vno, eodemque loco, & ditione tolerari non debet: quę propoſitio poteſt generaliter vera; atq; proficua videri, tum Religioni noſtræ Catholicæ, tum Politico Gubernio: & rationem aſſignat *Gallus* ille *Brittannus* (maximus planè Politicus, ſed non ſinceræ Religionis) in *ſua inſtructione*, quam ſecretiſſimam appellant, *Federico V. Comiti Palatino Electori* data, ipſe enim §. 28. his verbis hoc præceptum inſinuat. *Remouendi ſunt audaces alterius Religionis homines, libertatis amantiores, quia gratiores Vulgo, & magnanimi habentur.*

2 Ad concordiam proptereà inter Ciues alendam huiuſmodi Sectarum, Religionumque varietas oportet abominari in vna, eademque Ciuitate, Vndè *D. Gregor. Nazaiazen. orat. 1. de*

pace, diuinis propè verbis inquit: *Quod ſicut ad firmandam, & tuendam hominum concordiam, nil efficacius eſt, quàm Religionis conſenſus, ità nihil eſt, quo eorundem animi magis diſtrahantur, & alienentur, quàm eiuſdem diuerſitas*, ad quod appoſitiſſimè confert Doctrina *Oroſij lib. 5. cap. 2.* dicentis: *Sociantur Gentes vnitate Religionis magis quàm aut Iuris alterius communione, aut fœderis pactione, ac proinde, ſi communione naturam, fœdere ius gentium, legibus Rempublicam, Religione communi (re certè omnium præſtantiſſima) viſcera hominum imploramus*. Idquè euenire non aliter putamus, quàm, vt humano accidit corpori, quod in longa valetudine cõſeruatur rebus ſibi ſimilibus, atque ſimpaticis, teſte *Galen. lib. 3. art. medic. cap. 89.*

3 Vt meritò alij dixerint, quod Religionum, ſectarumque diſſimilitudo exitium Reip. properat, odia excitat, diſcordias fouet, & factiones inuidiamq; parit, & mutuo contemptu Ciuium animi ad ſeditiones, cædeſque prouocantur. *Kepler. de nou. Stell. fol. 187. & Beſold. de educat. cap. 8. num. 5.* & *cap. 9. num. 1.* alluditque Sacrum illud adagium

gium, vt *non benè conueniant Iudęi cũ Samaritanis.*

4 Quin, & à Religioſo Principe illud potiſſimum eſt metuendum, ne ex varietate huiuſmodi, Catholici gregis oues infectione contaminentur, quod euenire haud cenſeo difficile, attenta hominum natura, ad malum prona ab adoleſcentia ſua *Geneſ. c. 6. & c.* 8. ac Poeta cecinit.

Nitimur in vetitum ſemper, cupimuſque negata.

Vnde allici libenter poſſent ex morum, & conſcientiæ laxitate, præſertim verò ignari, plebeique, quos præſens commodum, & vtilitas, non ratio regit.

5 *At Io: Paul. Felminger. in ſuis diſſer. Politic. cap. de Relig.o. num.* 12. mouet hanc quęſtionem, vtrùm conſeruationi Regnorum repugnet plurium, diuerſarũq; ſectarum in eodem loco tolerantia? & poſtquam *num.* 13. plura adduxerit, quibus probari videtur, diuerſitatem huiuſmodi, conſeruationi conferre, & eſſe omninò admittendam; ac poſtquàm etiam plura in contrarium ponderauerit *num.* 14. Demum *num.* 16. diſtinctionis fœdere ita concludit, vt ſi quidem ab initio ſub

hac diuerſitate Vrbs aliqua vixiſſet, eandemque diuerſitatem Princeps introductam inueniſſet, tunc illam valeat prout per priùs, tolerare; ſin autem de introducendis plurium ſectarum hominibus ageretur, tunc monet, prorsùs fore ab hac rerum nouitate cauendum, & ſucceſſiuè, quòd vnica, indiuiduaq; vetus Religio, in ſua permaneat veneratione. Tandem, ſi Regni Status turbulentus eſſet, & illius euerſio metueretur niſi Religionis, ſectarumq; commixtio permitteretur, tunc iuxtà varias circumſtantias putat reſpondendum.

6 Ipſe verò, & ſi diſtinctiones iſtas, non omninò ſpernendas fore credam, ſemper tamen laudabiliorem arbitror Sententiam illam, quæ propoſitam varietatem indiſcriminatim damnat, illa vnica tantùm, veraque Religione retenta, quam Catholicam, & Apoſtolicam appellamus.

7 Sic Religioſum Principem decet, & expedire cenſuit Pijſſima Hiſpanica Monarchia in eiectione Maurorum à Regnis Caſtellæ & Valentiæ, de qua ſcribunt *Gonzal. in tract. de las Grandezas de Madrid. lib. 1. rub. eſpulçion de los Moriſcos anno* 1610. *fol. mihi* 69. cum ſeqq. & noſter *Paſ-*

chal. de Patr. poteſt. par. 1. cap. 7. num. 25.

8 Et inſuper in eiectione Iudæorũ ab integro Mediolani dominio, alijſq; nonnullis Regnis Regis Catholici, de qua *Ricciull. de Iur. perſon. extrà Eccleſiæ gremium exiſtentium. lib. 2. cap. 51. nùm. 11. verſ. Quartò ſi in tam magnum &c.* noſterque *Carol. Tapp. ad conſtit. Reg. lib. 1. tit. de Iudæ. prag. 2. n. 1. cum ſeqq.*

9 Quocirca duo placet adnotare: Primum, quòd licèt Salamon *Prou. 14. in fin.* dicat. *In multitudine Populi dignitas Regis*; tamen Monarchia hęc Catholica, vt fidem noſtram Apoſtolicam incorruptam, & intemeratam ſeruaret, illamque puriſſimam ſtabiliret, expulſa innumerabili Maurorum, Iudæorumque copia, hanc ſpreuit dignitatem, mallens paucis, & bonis dominari, quàm multis, & malis, Romani Imperij inſtar, quod gloriosiùs ſemper duxit, liberis hominibus, quàm mancipijs imperare, teſte *Liui lib. 26. Sueton. in Auguſt. cap. 5.* & *Cicer. lib. 2. de offic.*

10 Secundum, nam eadem eiectione Catholica Monarchia, immenſi propè lucri paſſa fuit detrimentum; erant

Digitized by Google

enim Mauri, Iudęique adeò laborioſi, & induſtrij, vt plùs commodi quot annis ab eis haberet, quàm à reliquo ſubiectorum cætu, & nihilominus, quia malum erat, atque periculoſum, in ditione, & Monarchia Catholica, & intèr Religioſum Populum, à Religioſiſſimo Rege dominatum, infideles, ſectaſque Iudaicas tolerare, atque fouere, dignumptereà cenſuit Pius Monarcha, gentem illam abolere, Regnaq; ſua ab ea Peſte expurgare, vt veræ Religionis cauſa in tuto eſſet, perpetuaq; potiretur tranquillitate, ſpreto prorsùs omnis temporalis commodi emolumento.

11 Optimi inſtar Patris familias, qui impenſis nullis parcit, vt rebus ſuis à latronibus caueat. Nautæ etiam, qui, nè Nauis operiatur fluctibus, & vita in diſcrimine adſit, mercium iacturam facit: Ac demum expertiſſimi medici, qui aliquam Corporis partem reſecat, vt totius incolumitatem redimat, quæ omnia ad politicum Gubernium Magiſtraliter aduertit *Buſbeq. in conſil. milit. cont. Turc. f.* 419. & antè eum *Demonſth.* dicens, quod Prudentes Mercatores Salutem redimunt proiectione, & iactura mercium, vtque

tem.

tempeſtarum pericula euadant, lucro annumerant quidquid amittunt.

12 Credere enim generoſus, piuſq; Princeps debet, vt quidquid ſibi incō-modi ad Religionis commodum, & gloriam pati contingat, ſit ei incompa-rabilis lucri futurum, ſicuti monere ſo-lebat maximus ille Pontifex Vrbanus II. *teſt. Paul. Aemil. lib.* 4. *f.* 108. cui cō-ſonat illud *Salomonis cap.* 11. ibi: *Alij diuidunt propria bona, & ditiores fi-unt.* Atque ideò ſordida, inhoneſtaque lucra abhorrere oportet, dummodò Apoſtolica Religio in tuto ſit, Roma-norum inſtar, qui ad faſtigium adeò ſublime euecti fuere, quia, vt inquit *Valer. Max.* Nihil eſſe vtile cenſebant, quod parum honeſtum videri poſſet.

13 Demùm obſeruare libet, non eſſe ex prædictis imprudenter, aut ani-moſè taxandam veterem, præſentemq; Iudeorum cohabitationem in Alma Vrbe, aut alibi: Viuit etenim ibi id ge-nus hominum, antiqua quadam intro-ductione, ex Pietate Sedis Apoſtolicæ tolerata, ea ſub ſpe, quod eſſent, aut ſint perfidam illorum nequitiam reli-cturi: Quin & cum vitio vſurarum tolerantur, nè prohibitis eis vſuris, mo-ram ibi agere reſpuerent; hac tamen eis

Digitized by Google

lege impoſita, vt certo in loco à communi cæterorum conſortio ſeparato, omnes ſimul cohabitent, certaque geſtent in veſtibus ſigna, quibus à Chriſtianis palàm diſcernuntur, ac digito in deriſum oſtenduntur, eiſdemque licèt Moſaicæ legis ritus non prohibeantur, illos tamen exercere dumtaxàt datur in Templis, ac domibus ipſorum, in anguſto cohabitationis diſtrictu poſitis, nec extrà illum Meſſiam, qui iam venit, vt futurũ, aduenturũq; prędicare, aut aliter de eodem publicè diſputare, & contendere eis datum eſt; quinimò Euangelicam Prædicationem ſingulis hebdomadis audire compelluntur, qua non rarò illos fidem Orthodoxam amplecti contingit. Itaque ob propriam, parentumque perfidiam, Dei iuſto iudicio, Romæ Iudæi commorantur, inſtar Populorum, de quibus in Sacra Scriptura, *Ioſue 9. verſ. 20.*

14 Neutiquàm igitur id in exemplum adducitur, vt poſſit falſa Religio in Catholicis, Chriſtianiſque ditionibus tolerari, atque nutriri: Cùm enim Romani Pontificis Cathedra Romæ ſit conſtituta, proptèr eius præſentiam, non facilè falſæ Religionis lupus

in

in oues creditas irruere quibit.

15 Benè tamen Sanctæ Sedis Religioſa, induſtriaque Politica in exemplum præponenda eſt, quoad id tantum, vt ſi quidem ratione aliqua, diuerſa, falſáque Religio eſſet inter Catholicos toleranda, tùnc, cum Religionis illius ſectatoribus cautè foret tractandum, ſicùt Romæ cum Iudæis, vt quàm poſſibile ſit, hędorum inſtar, à creditis ouibus ſeparentur; quin vires corruptę illius Religionis, eiuſque ſectatores paulatim attenuàre, ſenſim diſperdere, mediaque omnia ad hunc finem perquirere, Chriſtianę Politicæ plurimum expediret; ita tamen, vt fides præſtita ſuper libero Religionis cultu minimè lædatur, vt ſequenti *capite* inſinuabimus.

16 Eà proptèr, ne præ Religionis Zelo, huic lędendi fidem periculo, Maieſtatem ſuam exponeret Potentiſſimus, Pijſſimuſque ille Hiſpaniarum Monarcha Philippus II. cum ſuper Religionis libertate, in Belgio Dominio requireretur, ſic humi proſtratus, antè Chriſti Crucifixi Imaginem, faſſus fuit. *Ego verò Diuinam tuam Maieſtatem oro, vt mihi mentem perpetuam velis, nè illorum qui te Dominum reſ-*

puerint, vſpiam eſſe me, aut dici Dominum accquieſcã; teſte *Famian. Strad. de Bello Belgico lib. 3. fol. mihi* 213.

17 Vt Meritò, *Cæſar Cardinalis Baronius*, vir omni æuo elogijs extollendus, *annal. tom.* 8. *circà annum Domini* 938. *num.* 13. Hiſpanum Monarcham, Catholici titulo fuiſſe inſignitum, hac præſertim ratione teſtetur, quòd in ampliſſimis Ditionibus ſuis, falſarum Religionum Sectas, nunquã admittere ſpoponderit; hæc ſunt *Baronij* verba, haud quidem reticenda. *Non eſſe recentem, vel indebitè vſurpatum titulum Hiſpaniarum Regum vt Catholici cognominentur, vtpotè tanto facti titulo digni, quod non solùm iurant ſe Catholicos, ſed neque paſſuros quemquam non Catholicum in eorum ampliſſimis Regnis penitùs reperiri.*

De

De Eccleſiaſtica Immunitate, & libertate, Religioſè à Principibus protegēda, & de Veneta Contentione, pro decretis anni 1602. & 1603.

CAP. XII.

1 AD Eccleſiaſticā Immunitatem, libertatemque fouendam, efformauit Carolus V. Religioſiorum Principum ſpeculum perpetuò præclariſſimum; Ipſe, inquam, in ſuis Codicillis, quorū aliàs in hac noſtra theſi meminimus, Sereniſſimo filio ſuo, præ cæteris Eccleſiaſticam Immunitatem, libertatemque, ſub tegumento habendam præcepit, his verbis. *Item illi præcipio, vt omnibus Eccleſijs, & perſonis Eccleſiaſticis, ſuas Immunitates, ſeruandas curet.*

2 Quid enim aliud eſt, Eccleſiaſticæ Immunitatis, & libertatis tutelam ſuſcipere, quàm, quæ Dei ſunt, Deo ſeruare, atque reddere! De iure enim Diuino, eſſe hanc libertatem, & immunitatem, docent *D. Gregor.* qui ponderat

ver-

verſic. Pſal. 104. ibi. *Nolite tangere Chriſtos meos.* prout effuſo calamo refert *Thom. Bozi. de Iur. Eccleſ. libert. & poteſt, lib.* 2. *cap.* 17. *& cap. fin. & lib.* 4. præſertim *cap.* 3. plenè etiam *Io: Blaſi. Nauar. de vectigal. cap.* 10. quibus accedat *Sozmen. lib.* 1. *Eccleſ. hiſtor. cap.* 8. qui de hac re agens, inquit, Conſtantinum Pijſſimum Imperatorem, libertatem, & immunitatem hanc, vtpotè iure Diuino Sancitam, agnouiſſe, ratamque habuiſſe; de quibus omnibus integer compactus eſt diſcurſus doctiſſimi, eruditiſſimique *D. Io: Beltrani, de Gueuara, in propugnac. Eccleſ. libert. §. 7 prim. aſſert. à num.* 10. *cum pluribus ſequentibus.*

3 Temerari autem, atque lædi libertas hęc multifariam contingit, iuxtà ſenſum omnium Canoniſtarum. Primò ſi Eccleſiæ, & Eccleſiaſticis perſonis, quomodolibet eorum vſus prohiberetur, quæ cunctis de iure communi, indiſcriminatim cõceſſa ſunt. Secundò, si Ecclesiaſtica priuilegia, vſu, & moribus iamdiù recepta irritari, diminui, vel innouari proſpicerentur. Tertiò, ſi noua temporalis Principis lege, timidiores Ecclesiaſticas perſonas reddi contingeret. Quartò si innoua-

tio-

tione aliqua, deterioris efficerentur conditionis, quàm ipſi laici. Demum, ſi id quod de nouo à temporali Principe ſtatuitur, libertatem, immunitatemque Eccleſiaſticam afficeret, ſicuti iuribus, & authoritatibus elegantiſſimè comprobat *cit. Gueuara, in* 1. *aſſert.* §. 1.

4 Hinc ex prædictis acutiſſimè infert, haud potuiſſe iure ſubſtineri, leges Veneras, quibus de anno 1602. & 1603 ſtatuebatur, ne Eccleſiæ ſuo iure vterentur, ſuper ſuis emphyteuticis bonis, per laicos poſſeſſis, quouis vllo colore, nec ratione directi Dominij, bonorum illorum reintegrationem, & conſolidationem obtinere præſumerent.

5 Item, quòd nemo in tota Veneta ditione, Eccleſias, Monaſteria, aut Hoſpitalia erigere poſſet, abſque Sereniſſimi Ducis, Senatuſque licentia, ſub pæna perpetui Carceris, Confiſcationis fundi, & ædificiorum.

6 Demum, quòd nullus, ſub certis quoque pænis, per inter viuos, aut poſtremæ voluntatis actus, pariter per totum Venetum Dominium, bona ſua ſtabilia in Eccleſiam, pioſque vſus addicaret, diſtraheret, aut hypothecaret.

7 Similia eodem tempore edidit

Statuta Sereniſſima Ianuenſis Reſpublica, verùm hoc obſeruato diſcrimine, quòd Ianuenſes è veſtigio, primoque Apoſtolicæ Sedis monitu, ſtatuta illa, vtpotè Eccleſiaſticam libertatem, & immunitatem lædentia, reuocauerint; Quo facto, à Venetis increpati acritèr fuere, quòd editas leges non ſubſtinuerint, quodque illa, omni cunctatione, contentioneuè derelicta, è Tēplo caſſarint: At redargutioni huiuſmodi Ianuenſis Senatus prudentiſſimum retulit reſponſum, quod integrum apud me extat, in quadam epiſtola, tot ſententias continens, quot verba, tot etiam Religionis, & Pietatis monita, quot periodos, inter quas, preſtantiores hæc ſunt.

8 *Habbiamo riceuuto la lettera di Voſtra Serenità, la quale hà caggionato in noi diuerſo effetto da quello, che ella penſaua, poi che l'hauer noi ceduto alla volontà del Sommo Pontefice, in riuocar i decreti da noi fatti contro l'Oratorij, non ſolo non torna in pregiuditio noſtro, mà più toſto è augumento, della dignità della noſtra Republica, & vergogna di coloro, i quali in ſimili occaſioni fuſſero renitenti alla pia mente di Sua Santità.* Inferiùs.

9 *Noi*

9 *Noi habbiamo queſta gloria, d'eſſer ſtati non ſolo defenſori della fede Cattolica, in Oriente, & Occidẽte contro i Turchi, Mori, & Saraceni, mà d'hauer diſeſo ſempre i Sommi Põteſici, contro l' ingiurie de gli altri Potentati, etiamdio Imperadori, ſenz' eſſer mai incorſi in vitio di contumacia, verſo i Sommi Ponteſici.* Subnectitur.

10 *La noſtra Republica, ſi è conſeruata ſempre Vergine, nella Fede Cattolica ſino à queſto giorno, perſequitando con aſſiduo Studio gli heretici, nemici della Chieſa Santa:* Paulò poſt.

11 *La noſtra Republica viue ſotto la protettione del Rè Cattolico, ſenza pagarli Tributo, ò donatiuo, ſegreto, ò manifeſto:* Inferiùs.

12 *Noi giudichiamo, più riputatione noſtra, à cedere non ſolo il ſuo, mà ancora il noſtro, al Succeſſor di Pietro:* Ardentiùs ſubnectitur.

13 *Quello, che'la voſtra Republĩca ſtima honore, competere con il Papa, noi lo ſtimiamo vergogna; & all' incontro ſtimiamo, che ſaremo veri ſucceſſori dell' antichi noſtri, ſe defenderemo con la robba, è col Sangue il*

Som-

Digitized by Google

Sommo Pontefice, & habbiamo riſoluto di volerli offerire, contro quelli, che vogliono opprimere, & diſprezzare l'authorità ſua, i denari, & le vite noſtre, poiche ſtimiamo la gratia, & amicitia del Vicario di Chriſto: la lettera, che Voſtra Serenità ci hà ſcritto; ci riprende di viltà, in hauer così facilmente conſentito al Papa & noi ſtimiamo indegnità, reſiſtere in coſe tanto giuſte alla Sede Apoſtolica: la noſtra Republica *fà conto grandiſſimo delle Scomuniche & interdetti Eccleſiaſtici, per che quella Fede Cattolica, la quale fù ſeminata nè noſtri maggiori, l'habbiamo ſempre conſeruata nella medeſima purità.* Zelantiſſimè inſerius proſequitur.

14 *Nelle difficoltà, le quali ci occorrono in materia di giuriſditione Eccleſiaſtica ſiamo ſoliti di non cercare per Conſultori, huomini triſti, & Apoſtati, che ci conſultino conforme al noſtro ſenſo, mà Theologi di molta dottrina, & integrità di vita; & à Veſcoui, & Eccleſiaſtici delle Città, poſſedute da nôi, non vogliamo eſſer ſuperiori, perche non ſappiamo, che alcun Prencipe Temporale, habbia tal authorità giuſtamente, mà più toſto vſurpata:*

pata: Mà quãdo ci ſia priuilegio Apoſtolico, non diciamo però, che il Papa non lo poſſa riuocare, quando ſi abuſa di tal priuilegio, & ſe la Voſtra Republica, hà ottenuto tal priuilegio dal Sommo Pontefice, è argumento, che nõ hà tal authorità da ſe, mà Delegata, & che hà da dipendere da chi gli l'hà conceſſa, per non arrogarſi per naturale, & proprio, quello, ch'è precario, & accidentale: Sequitur.

15 *Noi all'incontro riconoſcemo da Dio queſto gran beneficio, che la noſtra Italia, habbia in ſe il Papato, Maggiore di tutti gli altri Potentati, quanto è maggiore l'anima del Corpo, & il bene Spirituale, del temporale.* Demum ſic fantur: Religioſiſſimi Ianuenſes.

16 *E minor male errare, che conſegliar male ad altri, è l'indurre gli altri al medeſimo errore; Onde poteua V. Serenità far di meno di ſcriuere quella lettera, & noi non ſiamo pentiti, d'hauer riuocato i decreti noſtri, contro l'Oratorij, mà ben ſentiam diſguſto di veder la Voſtra Republica tanto dura, in condeſcendere alle giuſte voglie di S. Beatitudine, mettendoſi à pericolo, di accendere per leggiere caggio-*

Digitized by Google

gioni, vn fuoco in Italia ineſtinguibile.

17 Et profectò ni Deus ſua miſeratione occurriſſet, Heù quot animarum collachrymaretur exitium; legibus enim illis, à Sereniſſima Veneta Republica latis, pluribus Paternis hortationibus à Summo Pontifice effuſis, pro debita illarum reuocatione, demū Venetis adhùc in ancipiti permanentibus, excommunicationem in Ducem, & Statutarios, Interdictumque in Rēpublicam, totumque Dominium, publicandum Pontifex (intercepta tamē exequtione) decreuit: At quoniam rei pondus, maturiorem poſtulabat cunctationem, Conuocato Sacrorum Purpuratorum Conciſtorio, idem Pontifex conſilium expetijt, cenſuræ an forent euulgandæ, an verò vlteriùs protrahēdum expediret.

18 Itaq; re ad trutinam, (vt par erat) redacta, quamplures ex Eminentiſſimis Eccleſiæ Patribus, perorando votū Pontifici dedere, vt feſtinantiſſimè Spiritualia arma pararentur; idq; præcæteris Pijſſimis ſubſtinuere rōnibus, Dom: tunc Cardinales Colūna, & Cęſar Baronius, vir ſanè præcellentis prudētiæ, & doctrinæ, qui enixis rationibus

Pon-

Pontifici patefecit, perperam diutiùs immorari, ſed è veſtigio pharmaca præparanda ad medelam: *Sicut videmus* (aiebat doctiſſimus *Baronius*) *Patrem amare vincula, quibus à medico ligatur filius, freneſi laborans, ſperantem, iiſdem poſſe curari. Perge ergò Sancte Pater, quod cæpiſti, in quo nemo te redarguere poteſt nimiæ feſtinationis, cum dicat Paulus ad Chorinthios Scribens, Eccleſiam in promptu habẽtem, vlciſci omnem inobedientiam, in promptu hoc illi faciendum præcipit; tua ũerò Sanctitas, in his diutiùs eſt immorata, ſcribens ſæpius, dilationes procraſtinans, in hunc vſque diem: Ruina hæc in manu tua, dicam cum Iſaia, erige collapſam proſtratam, ſepultamque Eccleſiaſticam libertatem. &c.*

19 Et, licèt Dom. Cardinalis Veronenſis Venetus, in eodem Sacro Collegio, Pontifici oppoſitum oſtendere, toto niſu ſtuduiſſet, arduam deliberationem contrà Venetos ſuſceptam appellans, aliam à Pontificis Clementia dilationem expetens, vtpotè quod in mora periculum nullum eſſet, rem potiùs in dies fęliciùs ceſſuram, ſi eam perpendi adhùc locus daretur: *Ne Patria,*

tria, nè Eccleſiæ (Purpuratus Venetus dicebat) *dicar defuiſſe, non ab re fore iudicauerim, ſi aliquot Selectiores viri, ex his noſtris Collegis, ad hanc cauſam adhibeantur, qui tantùm omnes audiant, eorumque propoſitiones diſcutiant, Venetos inualidis inniti rationibus demonſtrent; Hac via ſperandum foret, ipſos Saniora Conſilia amplexuros: Noui Venetus, Venetorum ingenia dum errant, nec errare ſe putant, edoceri cupiunt. Filios inſtruere, Paternæ pietatis eſt: Quod Sanctitas veſtra, de contemptu innuere videtur, tantùm abeſt, vt Pontificiam authoritatem contemnāt Veneti, vt neſciam, quis inter Italiæ Principes in hanc Sanctam Sedem, Studij, & pietatis documenta dederit hactenus maiora, his totis opibus, ſanguine, vita, pro Eccleſiæ conſeruatione profuſis: eoſdē idem acriter præſtituros, haud diffido, vbi occaſio ſe obtulerit; Eandem ſuſpitionem, recentiori exemplo diluam; Quid enim Reipublicæ Venetæ, in Sanctitatem Veſtram reuerentiam, atq; obſequium magis teſtatur, quàm duorum viciſſim Clariſſimorū Senatorum legationes, Leonardi Donati inprimis, in Principem poſteà electi.*

Digitized by Google

ćti, deindè Petri Dodi, viri, & doćtrinæ, & prudentiæ æſtimatione præſtantiſſimi, qui cum Oratore ordinario, ad tuos, tanquàm ad Chriſti Vicarij pedes proſtrati, ſumma animi ſubmiſſione, vt iterum audirētur implorarunt, atq; etiam nunc precibus obteſtantur. Iſta profećtò à ſpretu longè abſunt, ſed potiùs exquiſitæ obedientiæ ſunt inditia; Quarè Beatiſſime Pater, aliquantulum adhuc ſi non diſſimulandum, ſaltim differendum cenſeo, cum tamen Gregorius ſuadeat vtrumq; vbi grauia imminent ſcandala: Differ Pater Sāćte, habent paruæ magna commoda moræ. Hæc non tanquam Venetus, ſed magis vti Cardinalis pronunciaui; Multum debeo Patriæ, ſed multò plus Eccleſiæ, velim vtriq; conſultum, ſed magis huic. Intereà ſubmitto me Sanćtitati veſtræ, Patrumq; iudicio quorū Conſilia D.O.M. iuuet, dirigat, ſecundet.

20 Hactenùs Venetorum cauſa perorata, vindicataq; fuit; At *Columnæ* & *Baronij*, quibus cæteri Cardinales (vt arbitror) adhæſerunt, præualuit ſententia, fortaſſis fulti phyſico principio, Politico nimium adhærenti regimini, *Quod medicari in valdè acutis, ſi ma-*

materia turget, eadem die oportet, tardare enim in talibus, malum eſt; teſte *Hippocrat. aphoriſ.* 10. Vt proindè Sacrum Conciſtorium cenſuerit, Spiritualia Eccleſiæ arma, eſſe in Venetos comminanda; Itaque die 17. Aprilis 4. Inditionis 1606. Paulo V. Pontifice Papale Monitorium, in Valuis Lateranenſis Eccleſiæ prodijt, quo Sereniſſimus Dux, & Senatus hortabātur, infrà dies viginti, pro trina monitione, decreta, ſtatutaq; illa irritare, Carceratoſque in Eccleſiaſtica dignitate cōſtitutos, Pontificis Legato, Venetijs degēti reſtituere.

21 At Venetis obtemperare dilatantibus, Philippi III. Hiſpaniarum Catholici Monarchæ, Chriſtianiſſimique Gallorum Regis Henrici IV. ſedulitas (vtriſque aſſiduis legationibus, mox ad Pontificem, modò ad Venetos) concordiæ teſſeram ſuſcepere: Venetis obedientiæ præſtantiam cōmendabāt; Pontifici, Paternæ Charitatis præclara munia: Venetos Statuta aboleſcere, vtpotè contrà Eccleſiaſticam libertatē; Pontificem cenſuras ſuſpendere, ſupplicitèr poſtulabant: Venetis Henricus belli exitium, bellorumq; incrementa, non defectura, præoſtendit; Philippus Pon-

Pontifici, copijs ſe non defuturum declarauit; Vtriſque tandem, Chriſti Vicario validas profudentibus preces, vt tãti diſcriminis cauſam, Paſtorali Charitate, cõgruenter adimeret: Itaq; velis, remigio, Potentiſſimi Principes, Chriſtiani Orbis potiora Lumina, Eccleſiaſticæ libertatis, & authoritatis, tutelam ſuſcipientes, Sedi Apoſtolicæ ope, Venetis autem conſilio, non defuere, mutuoque Zelo, rem ad tranquillitatem reduci, ſedulò operam nauarunt.

22 Non prætereundum tamen, quantũ præſtiterit, Religioſiſſima induſtria, noſter Hiſpaniarum Monarcha (poſthabitis enim officijs, ad diſcrimina pacanda) methipſum pręſetulit in charitate, vires proprias Pontifici offerens, ſi opus exigeret; Sic præcæteris illius Regia epiſtola, Pontifici trãſmiſſa teſtatur: *Viendo tan empeñada en el Colmo l' authoridad de V. Sanctidad, y de la Sede Apoſtolica, me he reſueldo, de acudir à V. Sanctidad, y à la Sede Apoſtolica, como à hijo verdaderamente obediente à ella, con mi perſona, y fuerça, y nò quiero contentarme con menos, que declararlo, deſte luego al Embaxador, que la Republica de Veneçia, tiene çerca de mi perſona,*

y juntamente lo he mandado eſcribir à los Virreyes mis Miniſtros, que me ſirben en Italia, con encargar, que por ſu medio lo entiendan los Potentados, que penden de mi, como mas particularmente ſe lo dirà à V. Sanctidad el Duque de Eſcalona, y eſtè cierta V Santitad, de quien todo lo que me toccare, me tendrà à sù lado, &c.

23 Qua quidem filiali, Religioſaque oblatione, lætiſſimè à Pontifice ſuſcepta, ſic Philippo Reſpondit.

Sacra, Cattolica, & Regia Maeſtà.

La molta pietà, con che la Maeſtà Voſtra rappreſenta in queſti tempi, & con efficaciſſimo eſempio di Religione, il ſuo legitimo titolo di Cattolico, dimoſtra al Mondo, che è degno figlio di Santa Chieſa, mentre ella imitando gl' Auoli ſuoi, ſi muoua per puro zelo, in queſte Turbulenze ad offerirmi come Vicario di Chriſto (ſe ben indegno) la ſua perſona & le ſue forze tutte, di che la ringratio in nome ſuo, quanto poſſo con aggradire io per me ſteſſa queſta ſua amoreuolezza infinitamente, facendone quel Capitale che deuo, & tutto per reprimere, chi preuaricando pretendeua inſidiare l'honore del Signore, il quale sà, con quanta ama-

ri-

ritudine d'animo, io mi ſia ſpinto in preualermi della Sferza Apoſtolica, per ridurre quella Republica, à reſipiſcenza diuina, per deſtare la ſua Miſericordia, acciò che quei figli paſſaſſero dalle tenebre dell'ignoranza, alla luce della verità per la quale non temo abbracciare ogni martirio, già che lo Spirito conſolatore abbraccia queſto mio affetto, nella Sete Vniuerſale ch'hò della Salute de tanti Populi: Voſtra Maeſtà frà tanto ſi conſerui felicemente, armato di quello Scudo della ſperanza, ch'aſſicura premio cõdegno à chi, s'appropria, come fà lei, la cauſa, che tocca al Seruitio, & alla riputatione, di Santa Chieſa.

24 Poſt tot planè diſcrimina, Dei auſpicante clementia, res conquieuit. Vnius quidem anni circulo, (vt arbitror) editarum legum iuſtitia fuit rimata, cenſuris in ſua firmitate, & robore permanentibus: Demum non ſinè maxima Italiæ, quin, & totius Chriſtiani Orbis lætitia, nec ſine maiori Apoſtolicæ Sedis decore, Venetorumque gaudio, diſrupta pacis vincula, iterum cohæſerunt. Vnica enim, eademque die 21. Aprilis 1607. Venetis venia elargita, Eccleſiaſticoue ordini, ſua

immunitas, atque libertas, reſtituta fuit, Apoſtolica authoritate, quò ad hoc delegata, Eminentiſſimo tunc Cardinali Gioioſa, cuius memoria, ac ſpectata prudentia, hac pro re, perpetuò eſt recolenda.

25 Theſis quidem noſtra, iam ſuſcepta, ſolidiſſima manet, vt Eccleſiæ Immunitas, atque libertas, totis viribus, à Principibus foueatur, ſic inſinuante Caroli V. Iuſſu, cuius in principio huius *cap.* meminimus; Sic Philippi III. & Henrici IV. cura, ad Eccleſiaſtici ordinis, Sediſque Apoſtolicæ decus aſſumpta; Ità demum, Sereniſſimæ Ianuenſium Reipublicæ, memorandis monitis, ſuperiùs relatis.

26 Ex his planè, vſque modò relatis, noſtræ mentis non fuit, illorum collimare Sententiæ, qui oſcitanter putarunt, Sereniſſimam Venetam Remp. irreligioſitatis notam, quandoque incurriſſe, Profectò tantum abeſt, vt hoc nos quoque aſtueremus, vt potius oppoſitum, ex ea proteſtatione obteſtemur; ſiquidem ita è re eſſe, & citrà Sanctæ Sedis, Religioniſque iniuriam fieri potuiſſe, Patres Veneti credebant, ideoque nec ſemel, Status contentiones, cum Sede Apoſtolica, haberent, vt-

vtpotè de anno 1309. ſub Clemente V. anno 1483. ſub Sixto V. anno 1509. ſub Iulio II. ſemper tamen, in præſtantioris Religionis cultum, & gloriam ſua geſta dirigere.

27 In ſignum quidem, recolendæ obedientiæ, toto Chriſtiano orbi præponenda, Venetorum Reſpublica cēſenda eſt, ipſa quidem, inter tot diſcrimina, rerumque inuolucra, conſtantiſſimè nouit illibatam, incorruptamque Religionem, & Fidem in Sanctam Sedem ſeruare, vt non modò Germanicæ, Angliæque defectiones, à Vaticani Solio ſemper reſpuerit, ſed magnanima pietate perhorruit; Obſequētiſſima quidem, & Religione pollens, contenctionibus licèt iam ſatis vltrà protractis, omnino deiectis, ſemper ad Pontificis pedes, ſuppliciter, & humiliter ſe preuoluit.

28 Iam ſatis ſuperque micat, ex memorato Cardinalis Veronenſis voto Venetæ Reipublicæ, ergà Pontificem mens deuota; pro Venetis quidem nil expetijt, niſi ſibi temporis anguſtias, ad rectiùs conſulendum prorogari, inter tot planè varietates, Venetorum Inclyta Religio, haud trepidaſſe dignoſcitur: Malo quidē Theologorum, Ca-

noniſtarum, Iuriſtarumque conſilio; culpa eſt referenda.

29 Hi ambitione obcęcati, veritatis obliti, temeritate, & imprudentia, malè ſartas, damnataſque opiniones, ad aures fortaſſe vellicandum meditatas, concinnabant, vt demum inreparabilem cladem, Sereniſſimæ, Illibatæque illi Reipublicæ properarint. Quid mirum, ſi diſſipatæ Venetorum cogitationes fuerint, quod rectum non habuerint conſilium? *Prouerb.* 15. *verſ.* 22. At veritatis luce, quàm primum illis aperta, Sacros Pontificis pedes, velut antiſſimi filij, exquiſierunt ad veniam; Hucque pertinet ſcire, *quantum inter adulationem, & ſana conſilia interſit*, vt dicebat *Gallus Brittanus, in ſua ſecretiſſima Inſtructione, ad Federicum V electorem* §. 1.

30 Fatear de Veneta, quod de Romana Rep. Imperator aſſeruit *in l. vnic. C. de Iuſt. Cod. Confir.* ò fælix, atque inuidenda Venetę Reip. conditio, vna planè in toto Terrarum Orbe pręſtantiſſima, Prouida, Prudens, Eccleſię Clypeum, ac munimen. Eſtò perpetua.

De

De Regia Protectione, de condigno largienda, ad fauorem Eccleſiæ, ſuaque libertatis & immunitatis; & Quarè.

C A P. XIII.

1 IN prçacto *cap.* Eccleſiaſticam libertatem, & immunitatem, à Religioſis Principibus, Religioſis rationibus fouendam eſse præoſtendimus; Modò autem, Politicis quoque principijs, ac de condigno, eandem fore protectionem ſuſcipiendam demóſtrabimus: Et primò quidem, nàm Regnorum, & Imperiorum omnium baſis, ac fundamentum eſt Religio, hæc illa facit diuturna, vt præſenti noſtra tractatione, ſuperiori *cap.* 4. probauimus; Sed Religionem Eccleſia nutrit, ſubſtinet, & fouet: Ergò Eccleſia, velùt cauſa cauſæ, cauſati cauſa eſt.

2 Secundò, quia hæreticos Eccleſia cohibet, damnat, ac diſpergi curat, vt Catholica Religio, in puritate ſeruetur; Sed hæreſescoercere, publicæ ſerenitati collimat; Ergò tranquillam

Reip. teſseram, ab Eccleſia recognoſcimus.

3 Conſequentia, velùt à ſuis antecedentibus partibus deducta, manifeſtiſſimè patet; hęretici enim, non id abſolutè pertentant, vt Religio violetur, ſed ambitione accensi anhælant, vt politicus Reip. ſtatus, nouitate doctrinarum, contentionibus, ſeditionibus, fædorumque morum ſugeſtione, euertant, ac perdant, teſte *Param. de orig. Sanct. Inquiſ. lib. 3. tit. 3. cap. 7.* & aliàs, hac noſtra tractatione, damnatiſſimi *Lutheri* verba retulimus, ipſe inquàm *in probam. 1. ad Corinth.* affirmat, quòd inducta hæreſi, ſtatim luxus, auaritia, ſcortatio, æbrietas, contenctio, & cætera id genus vitia, in Rep. graſſantur, profaniſſima quoque vita, contemptus omnis ordinis, & epicurea profanitas bacchatur.

4 Tertiò, cæteris omiſſis, CHRISTI, & Eccleſiæ præcepta, Populos in Officio continent; Vndè Politici quidam, tantum putarunt eſse ex Religione ſumendum, quantum ad retinendos in manſuetudine Populos oporteat; contrà quos inuehit *P. Vaſquez ad D. Thom. in 1. part. quæſt. 2. artic. 3. diſput. 10. cap. 1. num. 1.* qui huius gene-

ne: is Politicos, Atheos appellat; Sed continere in officio Populos, idem omninò ſonat, ac tranquillum Reip. Statum cuſtodire: Ergò de condigno iuſtitiæ, Eccleſiæ à Temporalibus Principibus, tribui plurimum oportet.

5 Omittamus ad argumenti comprobationem, furta, homicidia, adulteria; hæc enim Eccleſiæ præcepta prohibent, & temporalis Maieſtas coercet, cùm ipſius quoque legibus aduerſentur; At ſi ſola Cæſaris lege vetarentur, profectò frequentiùs Remp. fœdarent; Vt proindè, eadem Imperialia iura, ad Politicum Reip. regimen ædita, Eccleſiaſticis ſuffulta viribus, ſtrictiorem firmitatem obtineant, rariori exceſſu.

6 Hæc inquàm omittamus, beneficia recenſendo, quæ temporalis Reip. ordo, abſolutè ab Eccleſiæ præceptis recipit: Et primò quot eſſent in Rep. viri, qui Dei, & Religionis obliti, fœdiſſimam vitam exciperent, vitijs, & Sceleribus compactam, ſi Eccleſiæ ſaluberrimum præceptum aboliretur, quo vnica ſaltim vice, ſingulis annis, peccata confiteri, & Sanctiſſimo EVCHARISTIÆ æpulo refici, omnes Catholici, ſtrictiſſimis compelluntur cenſuris.

 7 Ie-

7 Ieiunij quoque præceptum, noſtro collimat inſtituto; hoc planè corporalia vitia comprimuntur,& congeſtæ ab intemperantia repletiones, frugalitate reparantur; Hoc etiam tranquillum Reip. Statum reſpicit: Non enim ignoramus,quot vices ex immoderato luxu, & ebrietatibus,ruinæ tàm publicis, quàm priuatorum rebus paratæ ſunt; Vndè *Pythagoras* dicebat: *Primùm luxum Ciuitates ingredi, deindè ſaturitatem,poſteà contumeliam, poſtremò exitium*; vt ſaltem crediderim, quòd longè plurima in Ciuitate crimina numerarentur, niſi ſobria multorum dierum vita, in temperantia ducta,alijs obuiaſſet:Crapulæ, conuiuia,luxus;quærimonias,maledicentias, rixas, & ſcelera cuncta prouocant, ac velut omnium vitiorum catena ſunt; Hæc Cæſaris gladius cohibet, illa verò (in quibus malorum cauſa eſt,) ab Eccleſiæ præceptis, in ieiunio temperantur;Ergò ab Eccleſia,hac ratione,Politicum commodum temporales Principes ſortiuntur.

8 Quid de damnato ab Eccleſia cõcubinatu aſſeuerabimus?hunc Cęſaris leges non prohibent, quin meretricari ſinant; è conuersò ipſa in concu-

binarios, anathematis inijcit gladium, vt fateamur oporteat, Eccleſiam hac ratione temporali gubernio, mirum in modum conferre: Si enim deperditos in concubinatu viros, illorumque iacentes, compactoſque in vitio animos ſpectemus, hos comperiemus, ſępiſſimè ſibi ipſis exoſos, deſperationi proximos, ad fędandum mores aliorum procliuos, ad viros honeſtiſſimos ſibi aſſociandum intentos; inuidos, iuratoſque hoſtes illorum, qui eodem non inuoluti vitio, animi potiuntur ſerenitate; denique rapinis, maliſque artibus propenſi, pluribus inſidiantur, totique Reip. moleſti ſunt, atque infeſti.

9 Sed alia præſtet Politica ratio, qua Eccleſię plurimum deberi profitemur, quòd concubinarios cohibeat, illaque eſt; nàm hoc medio, ad iuſtas nuptias Populi inuitantur, vndè poſteà, legitimis hominibus Reſp. repletur, non velùt concubinatus, ex quo plerumque proles ſuſcipitur infecta, imbellis, & incoſtans *Can. ſi gens Anglorum 56. diſtinct.* noſter *Andr. in cap. 1. §. naturales, tit. ſi de feud. defunct. milit.* Adeò vt Henricus Imperator arcere illos conſueuerit à publicis militaribus certaminibus, qui auos, at-

tanoſque ſuos, ex iuſtis ſuſceptos fuiſſe nuptijs, oſtendere nequibant, teſte *Alciat. lib. 1. Pereg. cap. 8. & Petr. Gregor.* Gothorum memorat morem, quo naturalibus, commercium cum legitimis habere vetabatur, *tract. de* Rep. *lib. 7. cap. 7. nu.* 2. Hinc *Virgilius Aeneidos IX.*

——————— quem ſerua lycimna furtim.
Suſtulerat, vetitiſque ad Troiam miſerat armis.

10 Demum, diligendorum inimicorum CHRISTI præceptum, ab Eccleſia aſſidua cura fidelibus inſinuatū, quid aliud præſefert, quàm charitatem, & concordiam intèr Ciues, vt à ſanguinarijs vltionibus, quàm poſſibile ſit, hoc Euangelico pioque medio diſtrahantur, nè dùm ad animarum ſalutem, ſed ad Reip. profectum? Quot iurgia, quot cædes, domorumque direptiones, & familiarum exterminia euenissent, niſi Euangelica huius præcepti prædicatio, ſepiſſimè hoſtiles tēperaſſet furores?

11 Memor ſum clariſſimi, facundiſſimique Concionatoris, Admodum R. P. Magiſtri Ioſeph Groſſi Placentini, ex Illuſtriſſima familia, Seruorum

B. M.

B.M.V. qui cum anno 1677. in Templo Conſtantinopolitano huius Ciuitatis, Quadrageſimalem curſum, ſummo omnium applauſu conſumaſſet, præcæteris, ità hoſtem diligendum fore efficaciſſimè ſuadebat, vt eadem concionis mane, manus ad tranquillitatis teſſeram ſibi dederint, duo nobiliſſimæ familiæ, que inreconciliabili inimicitia detentæ, mutuo ſtudebant exterminio; Itaque quò plurium Ciuilium Magiſtratuum præcepta, amicorumque diligentiæ in annis adhibitæ, non peruenerant, inſtanti vnius Apoſtolici Concionatoris, ſuauiſſima verba penetrarunt.

12 Porrò ea etiam, quæ inſulsis Politicis diſplicent, vtpotè Sæcularium largitiones, & donationes in Eccleſias, aſſidua Templorum erectio, & multiplex Religionum numerus, idemque Religioſorum, Reip. prodeſſe, arbitramur: Hæc enim, licèt ſęcularium opes, & Temporalis dominij robur, attenuare videantur, res tamen alitèr ſe habet.

13 Etenim Religione, & pietate abſtracta, iuxtà quam de fide habemus omnia Dei eſſe, & ad ipſum reuerti omnium Conditorem, velùt ad ſuum

prin-

principium decere; ſi puram ſpectamus Politicam, tantum abeſt, vt Reſp. detrimentum aliquod ſentiat, quòd Eccleſiæ opibus polleant, vt potiùs eius adaugeat dignitatem; *Ariſt.* quoque vir ethnicus 4. *eth. cap.* 2. profuſiora ad Templorum faſtum donaria commendat. Quò enim ditiores, quò magnificæ, quò etiam numeroſæ Eccleſiæ ſunt in Ciuitate, eò Religione, & pietate, ſupra cæteras præſtare, & peculiari quadam nobilitate coruſcare gloriabitur.

14 E conuersò autem, maximum Reip. præiudicium parari credimus, ſi libera opium adminiſtratio, à Sanctiſſimis tributa legibus, ad *tex. in l. in re mandata, C. mandat.* in Eccleſiarum odium coarctaretur, contrà Sancita per Imperatorem in *l.* 1. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* quam ad correctionem veteris iuris manaſſe, aduertit doctiſſimus *Anne. Rober. rerum Iudic. lib.* 2. *cap.* 2. *fol.* 334. vbi alia multa, eruditiſſimè de more recenſet; liberi enim arbitrij pars, & commercij pręcipua ratio, intèr Deum, & homines, fędiſſimè violaretur.

15 Nec temporali rerum commercio, detrahi tantiſpèr dicitur, quòd opes

opes in Eccleſias tranſeant, vt potiùs oppoſitum mihi, ex eo perſuaſum ſit, quòd Eccleſia nec opes diglutit, nec illas citrà priuatorum Ciuium commodum, & participationem conſumit: Sicut enim priuatus rerum Dominus, vt corpus induat, cibarijs ſubſtineat, & quandoque, vt illicitis incumbat, ſuas conſumit pecunias, quibus tàm licita, quàm illicita, fouentur commercia; Ità Eccleſia, cùm nec guttur habeat, quo pecunias, ex ſuis collectas opibus intrà viſcera reponat, opem licito dũtaxàt commercio, vberiùs præbere videtur, illarum erogatione in egenos, vel vt Eccleſia ipſa, ſpecioſiſſimis ſuppellectibus exornetur: Hinc Mercatores, aurifabri, artifices, cæteriq; huius generis homines, magis Eccleſiarum, quàm priuatorum pecunijs proficiunt.

16 Hac etiam ratione, plurimorũ Templorum erectio, Remp. nec lędit, quin illi proficua ſit: Omittamus partem moralem, vtpotè vberrimum Religionis cultum, quem nos in potiori cauſa habendum cenſemus, cum *Salomone* ſe gloriante, quòd ad Dei honorem, Templum extruxiſſet mirificũ *Reg.3.cap.6.* cum *Ariſt.* inquiente, eas præſtantiores eſſe expenſas, quæ ad

Tem-

Templa extruenda erogantur 4. *ethic. cap.* 2. cum Iuſtiniano Imperatore, à quo cunctis, libera largita fuit facultas, Templa conſtruendi, ſola Epiſcopali licentia poſtulata, *auth. vt nullus fabricet, collat.* 5. & cum Gratiano *in Can. futuram* 12. *quaeſt.* 5. cuius meminit *Iulian. Patric. Conſt.* 61. *&* *Iuo in decret. p.* 3. *cap.* 4.

17 Omittamus inquàm partem moralem, & materialem, temporalemque tantùm perpendamus; & profectò conſtabit, non modicum Reip. commodum, ex aſſiduis Templorum erectionibus parari: Innumeri enim Ciues, humilis præſertim conditionis (qui alioqui ociarentur) vtporè Cimentarij, fabri lignarij, lapicidę, vectores, inſupèr Sculptores, Pictores, cæterique ſimiles, horum ędificiorum cauſa, laboribus impliciti, cum ſuis ſubſtentantur familijs, vndè ſimul rerum commercia, vberiora efficiuntur: Poſt hæc autem, quid aliud actum eſt, quàm Sacrarum ædium lautiſſimæ mantiones, ad diurnam Ciuium recreationem extructæ, quibus oculi, munificentia, aures autem ſacris concentibus depaſcũtur, mores demũ, ad animarũ, & Reip. vtilitatem, diligentiſſimè coluntur.

18 In-

18 Inquieti Politici, præiudiciũ in tribus potiſſimum ſiſtere contendunt: Primò quòd Ciuitatis ſitus, velùt ab Eccleſijs præoccupatus, ad commodam Ciuium habitationem, vel de præſenti, aùt de proximo, non ſuppetat. Sècundum, nàm quò Eccleſiæ frequentiores ſunt, eò crebriora crimina, tutiùs patrantur, Eccleſiarum ſecuritate. Tertium quia, tale poſſet aduenire tempus, quo Templa ipſa, Cęnobiaque, interni, aùt externi belli tempore, apta ſint hoſtibus opem ferre, ſi in his reciperentur, vel caſtrametarentur; ſed hærclè, hęc, & ſimilia, chimerica ſunt Politicorum adinuenta, omni bono deſtituta fulcro, ſi cuncta in concreto, & ad praxim reducamus.

19 Primum siquidem eſt ridiculũ, nulla enim Italiæ, & fortaſsè Chriſtiani Orbis Ciuitas (Roma excepta) Magnificorum Templorum, & Cęnobiorum numerum oſtentat quàm Neapolis (exquiſitę pietatis ſuæ, præſtantiſſimum teſtimonium) at non adhùc vidimus, quempiam bona baiulaſſe ſua, habitationis anguſtia, quin omnes, aùt Paltijs, aùt mediocris domibus, aùt diuerſorijs commodiſſimè tegi. Verum eſtò, quòd Eccleſiarum copia, Ciuitatis

tis ſitus adeò præoccupetur, vt Ciuium commodam habitationem non capiat, quis Ciuitatem in vno, vel pluribus aptioribus angulis, ſiuè in proximis, annexiſq; ſuburbijs ampliari, nouis prohibet ędificijs? & hoc planè illius decus, & publicum ſimul dilataret commercium.

20 Secundum verò de faciliori, immunitate, delinquentibus parata, abominandum ſanè, continet argumentũ, nèc mirari vehementer deſinam, quòd Pſeudopolitici, vt publico occurrant commodo, rigoroſa facinorum coerctione, ſtatim Dei iura, & publicum metipſum commodum, temerare minimè vereantur; pro quo, hoc in mediũ proferatur argumentum: Publica vtilitas, in ipſa Ciuium fælicitate conſiſtit; Sed Eccleſiarum immunitas, pro honore Diuinæ Domui debito, Ciuiũ reſpicit fælicitatem, vt in flagitijs collapsi, ſecuritatis habeant loca; Ergò in publicam irruit vtilitatem, qui ſuis Politicis adinuentis, Eccleſiarum immunitatem, tentat imminuere.

21 Id verò, quod de Ciuibus diximus, ipſos quoque *Politicos*, ſimilia excogitantes, aùt conſulentes, complecti ſciant, vt meritò metuere eos deceat

nè

nè quid tale ipſis, poſteriſq;eueniat, pquò offēſa immunitate, potiri, aùt ab illa, velùt indignos arceri cōtingat; Sepè enim, Diuina permittente iuſtitia, in ea incidimus crimina, pro quibus in alios ferociſſimè irruimus, vt iure nos tàm anxiè zelatos fuiſſe pęniteat.

22 Obſtaculum autem, de impunitis exceſſibus, Eccleſiaſticæ immunitatis prætextu, parum confert negotio; Adagium enim, vt èxpediat Reip. crimina puniri (de quo in ſequenti libro in Principem Prouidum, ſermonem, Deo dante, inſtituemus) nèc in totum, abſolutèque Reip. ſalubre eſt; Siquidem ſi cuncta omninò crimina, ad proportionem puniremus, repentè Ciuitas, cruorum, ſuppliciorũq; area euaderet; & tamen, ſi *Senec.* credamus, *lib. 1. de Clem.* non minùs turpia ſunt Principi multa ſupplicia, quàm Medico aſſidua funera, videtur enim ſuper aliorum ſanguine, & nece gaudere, iſtaque ratione, frequens ſuppliciorũ irrogatio, quàm poteſt, ferri non debet *Kecherm. lib. 1. Syſtem. Politic. cap. 17.* vndè *Ouidius* pangit 2. Triſt.

Si quoties peccant homines ſua
fulmina mittat.
Iuppiter, exiguo tempore inermis
erit.

Ergò

Ergò vt frequentiſſimis occurratur deliquentium ſupplicijs, plauſibile, & Politico regimini, ſpecificum remedium eſt, ipſa Eccleſiarum immunitas, qua honeſtiſſimè rariora ſunt Carnificia: Deuſque faxit, quòd hac tantum ęquiſſima ratione, impunita ſint in Republicą ſcæ'era.

21 Tertium tandem motiuum, vt Cænobiorum ędificia, Reip. exitioſa ſint, præſertim lauta, atque robuſta, quaſi interni, aùt externi belli tempore, aptam opem hoſtibus pręſtare valeant, pariter fragiliſſimum reputamus: Cum enim interni, ſeditioſique belli flagitio, aùt hoſtium inuasionibus Reip. vexatur, Seditioſos Ciues, hoſteſque ipſos, in aliquo Cęnobio, quanquàm fortiſſimo, caſtrametatos optarem: illos inquàm tunc diſperdere, facillimũ cenſemus, velùt enim mures eſſent, ſua ſponte lignario ſecluſi carcere. Non foſſata, antemuralia, propugnacula, pontes, armorum aream, armamentaria, cuniculos, contrarios cuniculos, ſecretos commeatus, tormenta ænea, aptaq; pro eis loca, cæteraque ſimilia in Cenobijs haberent, ſine quibus trucidari, expeditiſſimè poſſent; Deludenda ergò eſt memorata Politica ſuſpictio, niſi dum-

dumtaxàt, cum extruendi Cęnobij colere, prædicta, Caſtrorum more conſtui conſpicerentur.

24 Pręterea nullum ad ſuſpicatum effectum diſcrimen conſtituimus intèr lauta Cęnobia, & magnifica priuatorum ędificia; Vndè ſi hæc, decus Reip. inferre omnes conſenſiunt, & à cunctis Politicis, velùt Ciuitatis ornamenta commendantur, omni prorſus metu poſthabito, illa fortiùs magni habéda ſunt. Ethnici enim legum latores, vt Sacra loca ampliora conſtruerentur, priuatorum vendi, atque diripi ędificia iubent, ad *tex. in l. ſi quis ſepulcrum, ff. de Relig. & ſumpt. funer.* Modò autem procaces Politici, qui ſe Catholicos profitentur, magnifica Tépla, & Cęnobia, in Reip. exitium vergere conſpirant.

25 Non omninò extrà rem cenſui, breuiſſima periodo, celebriora priuatorum ędificia; hanc Neapolis Ciuitatem exornantia recenſere; Omittimus Regium Palatium, ab Excellentiſſimo Onnatiæ Comite, olim huius Regni Moderatore refectum, ac etiam Archiepiſcopalem ędem, ab Eminentiſſimo olim, Archiepiſcopo Aſcanio Philomarino, S.R.E. Cardinale, ex integro

gro extructam; his, inquàm, omiſſis, velùt peculiari mentione non indigentibus, præſtant præceteris Palatia Excellentiſſimorum, & Illuſtrium, Principis Hoſtiliani, Ducis Magdalunenſium, Ducis Bouini, Ducis Grauinæ, Principis Cariati, Dom. D. Ioſeph Spinelli; Principis Sancti Seueri, Principis Sancti Boni, Principis Abellinatum, Ducis Thoræ, Principis Collium, Principis Aritiæ, Ducis Andriæ, Principis Roccellę, Ducis Perdifumi, Ducis Sanctæ Agatæ, Ducis Turris, Ducis Sancti Angeli, digniſſimi Regiam Cancellariam Regentis; Ducis Diani, eadem dignitate præſtantis, Domini mei Colendiſſimi; Ducis Fluminis, Ducis Atri, Comitis Molæ, Marchionis D. Io. de Vandedein; Nobiliſſimi Conſiliarij D. Antonij de Ponte, Iuriſconſultiſſimi, Dom. Laurentij Graſſo, & Circumſpecti, honorabiliſque viri, Dom. Ioſeph de Fælice, qui verè quàm fæliciſſimus eſt, conſpicui Palatij ſui fruitione: In ſuburbijs verò, amenſſima, lautaque ſunt, præſertim illa Excellentiſſimorum, & illuſtrium, Principis Biſiniani, Principis Montis Militum, Ducis Iouenatij, Principis Noyę, Ducis Siani, & Gaſparis de Romer,

mer, præter illa, quę Pauſilipp i Oram, mirum in modum exornant, intèr quę præſtant, Palatia Excellentiſſimorum, Principis Hoſtiliani, & Principis Caſertæ.

26 Denique de Religioſorum eximia multitudine, cura ſuſcipienda non eſt, illam enim, potiùs ad Reip. Politicum ſtatum, commendaſſe reperio Carolum Magnum apud *Sigon. lib. 4. de Regn. Ital.* dicentem *Si Dei Seruis, magnificentiam noſtram impartimur, eorumque ſtudijs libenter obſequimur, id nobis, ad Auguſtalis Excellentia culmen, proficere credimus*, & alibi legimus apud *D. Bernard. Senenſ. in 16. Serm. de Euangelio ęterno*, quòd ad officium Principum ſpectat, Religioſos fouere ordines, nouos in ſuam ditionem introducere, & curare, vt introducti, & veteres, in regulari diſciplina contineantur, àt relaxati, à ſuis pręlatis reformentur, ex hoc enim temporale illis redundat commodum.

27 At ſi id etiam concederemus, quòd inter regulares viros, plures adſint relaxi, & improbi, conſiderari oportet, quòd ij niſi Religionis clauſtra petijſſent, Reip. moleſtiſſimi extitiſſent; Perſuaſum namque eſſe decet,

vo-

vota, & habitum, ipſos in officio tantiſpèr ſaltim continere; Vndè ſi coactione iſta improbi, ſine illa peſſimi forent; Vt mæritò hoc etiam à Rep. gratiſſimè ſuſcipiatur oportet, quòd viri, ei alioqui infeſtos, monaſterijs ſucluſos habeat, & præ obedientiæ vinculo, velùt exules, permanentis habitationis loco haud potiantur.

28 Arduum tamen, nimiſque graue foret, ſi cuiuſuis generis Religioſi viri, ſtatus negotia ſuſciperent, & Rebelliones, ſeditioneſque in Principem molirentur, quo caſu, quid Eccleſiaſticos, Sæculareſque Præpoſitos deceat, infinitus Authorum numerus inſinuat, eos autem, hic referre non cenſuimus, quin conſultò omiſimus.

29 Vltimò huic noſtro inſtituto finem imponimus, hac certiſſima propoſitione, quòd ſi ex memoratis hoc loco rationibus, Politicum, & temporale regimen, fomentum ab Eccleſia recipit, par videtur, quòd Eccleſia ipſa, ſuaque libertas, & immunitas, velùt in officij remunerationem, Regale Sentiat protectionis præſidium, & incrementum, nèc aliter, quàm de condigno, iuxtà *tex. in l. Aquilius Regulus, ff. de donat.* ac in acceptorum bene-

neſi-

ficiorum quandam permutationem, iuxtà *tex. in l. ſed ſi lege, §. conſulit, ff. de pet. hæred.*

30 Si quid autem tale contingeret, quod verè tranquillum, politicumuè Reip. Statum perturbaret, Eccleſiaſticæ libertatis, & immunitatis cauſa; tũc Sanctiſſimus adeundus eſt Pontifex, ab eoque remedium decet implorari; Incommoda, abſurda, publicas querimonias, latas culpas, & ſimilia, pro negotij qualitate, ſupplicibus, non verò inflatis artibus exponendo. *Hæc enim Apoſtolicæ Sedis ſumma præſtantia eſt, vt nullam ab homine armato, aut tumefacto conditionem accipiat.*

G De

De eadem Eccleſiaſtica libertate, Immunitate, & Auctoritate, ab Eccleſiæ Venerandis Præſulibus protegenda; Et quomodo.

C A P. XIV.

1 SI quę maximo cordis mærore percepi, aperire temporũ æqualitas indulgeret, conquæri de horum calamitate non deſinerem: Percepimus ſiquidē in nonnullis Orbis Regionibus (ab his noſtris planè remotiſſimis) in quibus Religio, ſub pijſſimo temporali Principe, Eccleſiaſticæ Immunitatis pręcipuo vindice, fulget, Eccleſiaſticam libertatem, & immunitatem ex appoſito conculcari, quodque iniquiſſimi depreſſores (violatis Eccleſiæ iuribus, & Principis deuoto cultu) ſe ſic egiſſe, laudemque culpa, meruiſſe glorientur.

2 At enixè quoque rogarem, Illuſtres Eccleſiarum Patres, nè ſpatijs Eccleſiaſticæ auctoritatis exceſſis, protinus è concordia, ad iurgia dilabantur, con-

contendentes ſuper ijs, quæ Petri ſunt, quæuè Cæſaris; Sæcularia quidem negotia caueant auocare, nè mutua indè altercatione, commiſtis iam temporalibus cum ſpiritualibus, Eccleſiaſticos è decoris culmine deijci, ſæculares verò conſcientiæ inuolucris præpediri intueantur, donec ea quæ Dei, ab ijs, quę Cæſaris ſunt, diſcernantur.

3 Potiſſimùm verò eoſdem rogatos eſſe optarem, ne ordinum gradus (vt plerique faciunt) tàm facilè conferant, neuè cenſuras tàm lubricè comminentur; vtrumque planè ſcandalis, & contemptibus viam aperit; etenim ſi largiẽdorum ordinũ pronitas vigeat in Prælatis; quę res facilior ad feſtinanda diſcrimina, inter Eccleſiam, & temporale regimen erit?

4 Plures adſunt, qui inſigniri ordinibus ambiunt, vtpotè qui ad facinora propensi, eligant ſub vmbra Petri audaciùs, tutiuſque peccare; hinc ſcandala, crimina, contemptus ſuboriuntur; temporales enim Miniſtri, ob quorundam Prælatorum ſegnitiẽ, huiuſmodi homines, ad reipublicæ ſalutem diripere, ferè prouocantur.

5 Multi etiam id ipſum enixè po-

Digitized by Google

ſtulant, quippe qui ſuas, ſuorumque opes, exquirant ſub eorum velamine, à iuſtis contributionibus immunes reddi; quò fit, vt fracto, ſpretoque charitatis vinculo, pauperrimi agreſtes viri, cuncta onera ſuſtinere, vltrà virium menſuram compellantur. Hinc rurſus contentiones, contemptus, quærimoniæ.

6 Maturisſima itaque cunctatione inquiri opus eſt, quo animo quis inſigniri poſtulet, peruigilis ſanè ſuper hoc à Venerādis Præſulibus cura ſuſcipiēda eſt; Et profectò inuenient, paucisſimos ſacris condecorari Ordinibus anhelare, vt ſecuriorem ſtatum ad animæ ſalutem peterent, ſuperque his paucis præeſſe longius deceret, memores, *ſatius ſanctiuſque eſſe, ſuper paucis, & bonis quàm ſuper multis, & malis dominari.*

7 Dignisſima ſunt ad propoſitum, verba *Stanislai Hoſij Cardinalis*, qui *in confeſſione Chriſtianæ fidei, tit. de Sacram. Matrim. fol.* 689. inquit: Ordinum Sacramentum, ad Prudentiæ virtutem referri. *Quandoquidem* (ipſe dicit) *fidelem eſſe ſeruum, & prudentem oportet, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam.* & *tract. de miniſtr.*

niſtr. Sacr. Ordin. fol. 650. Epiſcopos monet, vt in ordinibus largiendis: *Omnes* (idem *Hoſius* loquitur) *inſpiciant, cunctaque ſpeculentur, ac diligenter oſtendāt, quomodo vitam quiſque ſuam inſtituat*, & ad idem plura ponderat, *P. Homob. de bon. tract. de human. vit. ſtat. par.* 1 *cap.* 20. *num.* 2.

8 His fermè rationibus, perpetuis eſſe laudibus efferendū cenſemus, Eminentiſſimum Neapolitanū Antiſtitem D. Innicum S.R.E. præſtantiſſimum Cardinalem, ex Illuſtriſſima Caracciolorum Parthenopæa Proſapia; talem planè ipſe adhibet cunctationem in largiendis ordinibus, vt nullus ad Sacrum Eccleſiaſticorum ordinum faſtigium prius eleuetur, niſi plurima probitatis, & idoneitatis ſuæ ſigna præſtiterit.

9 Quid amplius? Idem quoque Eminentiſſimus Antiſtes, ad Animarum, potiſſimùm tamen ad Eccleſiaſtici Ordinis profectum, ſacrorumque rituum obſeruantiam, anno 1668. de menſe Aprilis, proprio ære; Venerandam Patrum Miſſionariorum Congregationem, in hanc Ciuitatem introduxit, de qua dicere, aùt nihil, aùt multa oportet: Hanc in Gallia conſtat fuiſſe

inſtitutam à Venerabili Patre Vincentio de Pauli anno 1625. hæc ſæcularibus clericis viris ſelectis, probitate, & doctrina præſtantiſſimis pollet; Hi Regulis ſubiacent ſuis, eas ſeruant quàm religioſiſſimè, aſperioraq; Regularium, & Monachorum inſtituta æmulantur: Planè gauiſus ſum, quod exemplarem horum Patrum probitatem, & pręſtantiam extollere (vt par eſt) ſtuduerit, *Admodum Reuerend. Dom. D. Hieronymus Borgia*, olim in Sæculari Paleſtra, cauſarum orator clariſſimus, modò autem Clericalis diſciplinæ, & modeſtiæ exemplar, ipſe inquàm *in ſua Epiſtola Dedicatoria, ad Diuum Frãciſcum Saleſium, 4. part. legalium inueſtigationum præfixa*, de eiſdem Miſſionarijs Patribus loquens, ſic fatur. *Hi etenim, Conſuetudine ſuauiſſima, Charitateque dulciſſima, & omnigna eruditione præditi, dum ſuum exprimunt Venerabilem Patrem, & Inſtitutorem, quot ſunt inter nos Miſſionarij, tot ſanè Franciſci Saleſij diuerſantur.*

20 Horum Miſſionariorum pijſſimi labores, ad tria pręſertim reducuntur: Primò Euangelicam prædicationẽ certis anni menſibus, ſedula charitate diſſeminare, potiſſimum inter rudes,

du-

Digitized by Google

duræque ceruicis; Vnde oppida plurima, feruida expectatione, ipſos expectant; haud tamen quidquam, nec ad victum petentes, ſed proprijs ſumptibus, frugalitatem ſectantes, ad hęc exercitia detinentur.

11 Secundò in eorum domibus nulli hominum ingreſſus extat occluſus, præſertim ijs, qui diuturnis conſcientię ſtimulis defatigati, demum (Deo inſpirante) generaliter cupiunt confiteri. Hos excipiunt, proprijs expenſis alunt, enixa charitate ſtimula inquirunt, eiſdem præſeruantia monita ſuggerunt, denique ad Spiritualem vitam renatos dimittunt.

12 Tertiò denique, ſingulis Ordinationum temporibus, cunctos anteà initiandos recipiunt; eis proprio ære alimenta miniſtrant, miniſterij celſitudinem, & Sacerdotij maximam dignitatem oſtendunt, ad ſacras cęrimonias erudiunt, & cum eiſdem potisſimas morales controuerſias inſtituunt; Itaq; decimo die exceſſo, mirabilisſima methodo, Ordinandorum probitas, & habilitas experitur: Quod niſi fiat, præuio horum Reuerendisſimorum Patrum teſtimonio, haud quidèm initiandi admittũtur, vtpotè quibus ad menſam

Domini acceſſuris, nuptialis non ſuppetat habitus.

13 Hinc fit, vt Reuerendiſſimus Neapolitanus Clerus, ſuprà cæteros aliorum locorum præſtet, & fulgeat; Viros enim ſelectos habet, ac velut aurum in fornace probatos. Liquidòque reperimus, aùt nunquam, aùt rariſſimè de eo ſcandala euulgari, quæue contingunt à Clericis patrari crimina, exterorum fore exceſſus.

14 Rurſus, ſi contemptus, & quærimonias, vt par eſt, Illuſtribus Præſulibus cordi eſſet auertere, Spiritualium armorum vſus, vtpotè cenſurarũ, maxima cunctatione foret exequendus; Si enim præcepta vrgent, nè temporales *Principes*, temporalia arma iniuſtè, inconſultòque ſuſcipiant, quid de Spiritualibus dicemus? Hæc inquàm, cum digniora, & penetrabiliora ſint ijs quibus Regna ſubiugantur, eò maturiùs tractari oportet, quippe quod animas afficiant, & interimant, vt meritò pænarum maximam, & reginam, excommunicationem communiter appellent, à Chriſto ſub clauium poteſtate conſtitutam, velùt ſpirituale gladium, & Eccleſiaſticę diſciplinę neruum profectò ſalutarem, ad populos in religionis

nis officio continendos. *cap. dilecto 6. de ſent. excom. in 6. & cap. corripiantur. 14. q. 6.*

15 Sobriè igitur huiuſmodi arma ſunt mouenda, non temerè, indiſcretè, aùt præcipitanter, *can. reprahenſibilis 16. de appellat.* & *can. non in perpetuũ 23. q. 3.* ibi *Dum pracipites, quaſi ad emendandum ruunt*, & *gloſſ. final.* apertius hoc præceptum edocet, ne Præſules ſint ad excõmunicandum præcipites. *Virtus autem lenta eſt. & omniũ percuntatrix.* cui collimat *tex. in can. inter hac, 33. §. velox. de panit. diſt. 3.*

16 Hæc omnia ad theſim noſtram pertinentia, ſtatuta reperi in *Sacroſãcta Tridentina Synodo ſeſſ. 25. cap. 3. de refor.* his verbis: *Quamuis excommunicationis gladius nerũus ſit Eccleſiaſtica diſcipling, & ad continendos in Officio Populos valdè ſalutaris, ſobriè tamen, magnaque cicumſpectionc exercendus eſt; Cum experientia doceat, ſi temerè, aut leuibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quam formidari, & perniciem potius parare quàm ſalutem.* Itaque pro non vulgaribus rebus, cauſaque diligenter, & magna maturitate rimata, cenſuras ab Epiſcopis inijciendas, Sancta Synodus ſtatuit.

 17 Qui-

17 Quinimò, in eo etiam prudenter Eccleſiarum Præſules decet ſe gerere, vt ſi proſpexerint, excommunicationem vtilitatem vllam fore allaturam, quin, & ſuſpitio vrgeat, quòd Faraonis inſtar, perſona excommunicanda magis induraretur, tunc cenſuris ſuperſedere, & ad blanda recurrendum monita melius reputatur, vt his alliciatur peccator, non aſperis irritetur, magiſq; contumax efficiatur; Præceptum hoc politicò religioſum edocet doctiſſimus *Couarr. in cap. alma mater part. 1. in princ. num.* 10. qui ponderat *tex. in can. prodeſt. & in can. hoc tamen 23. queſt.* 5. locum *D. Thomæ in 4. diſt.* 18. *art. vlt. ſub q.* 2. & doctrinam *Abbat. in cap. Ab excommunicato de reſcript.*

18 Canones itaque, & Doctores in hac propria ſpecie, feſtinantiam apprimè damnant, quin Iura etiam ciuilia à feſtinantia cauendum monēt, illamq; puniunt in *l. tutor qui repertorium, §. ſi tutor, ff. de adminiſtr. tutor.* in his potiſſimum, quæ iuſtitiam decet redolere; feſtinatio enim iuſtitiæ nouerca eſt, teſte *Card. in clem. Paſtoralis, §. Verum in princ. de Iudic.* & congruit illud *Euripid.*

Celeritas non iuſtè agit.
Tarda conſilia efficiunt multa ſapienter.

19 Hæc rogarem, vt exciperent Eccleſiarum Præſules, vt immunitatis teſſera laudabilius vindicetur: Hęc inquàm ſi rectè perpendent, innumeræ contenctionum cauſæ admerentur; actus quidem humani à deceptione nó eximuntur, eoſque inſcrutabilis mens Creatoris, maluit fallibilitati eſſe obnoxios, quàm certitudini.

De Bellis iniuſtis minimè ineundis.

C A P. XV.

1 SI Religioſa Charitas, ſemel Principum pectora tangeret, profectò à tot, tantiſque bellis, atque Contentionibus abſtinerent: Vt autem rem à ſuis capiam exordijs, ſcire oportet, armorum motum, impetumque, duabus retineri habenis, quarum alteram conſilij manus, alteram Præcepti brachium ducit: De conſilio enim, omne quodcumque bellum etiam iuſtum, quàm poſſibile ſit, ſinatque honeſtas, euitari fas eſſet, vt bellorum calamita-

tes, & ruinæ auertantur: Sic pijſſima Hiſpanica Politica edocente, ſub Regulis, monitiſque æternæ memoriæ Imperatoris Caroli V. qui anno 1527. ſcribens S.P.Q.R. illũ perſuaſum exoptans, quantum animi mærorem concepiſset, ob Romam à ſuo exercitu direptã exagerans, quòd ſemper fuerit Pacis amiciſſimus, præcęteris inquit: *Reſtitutoque priſtinæ libertati Gallorum Rege, maluimus iniquam Pacem amplecti, quàm bellum æquiſimum proſequi: vtpotè qui longè maiora pro Chriſti gloria perficere poſſe ſperabamus.* Quam Epiſtolam integram retulimus, hac noſtra tractatione ſuperiori *cap.6.*

2 At prolixiùs idem Auguſtiſſimus Imperator, ſuum in Hiſpanica Monarchia Sereniſſimum Succeſſorẽ *in monitis Auguſtanis.* §.6. enixè hortatus fuit, nè bella ſuccenderet, niſi laceſſitus, ipſius Imperatoris exemplo, qui cuncta ab eo geſta certamina coactus, laceſſituſque geſſit, his verbis: *Y porque las coſas, que Dios mas encomendò, es la paz, ſin la qual nò puode ſer bien ſeruido, de mas de los otros infinitos enconuenientes, que trae la guerra,*

ra, y ſe ſiguen della, deueys tener continuo cuydado, y ſoliçitud, de obuiarla por todas las vias, y maneras poſſibles, y nunca entrar en ella, ſi nò forçadamente, y que Dios, y el Mundo ſepan, y vean, que no podeys euitar la dicha guerra, por lo que los dichos Reynos, eſtados, y Señorias que heredareys ſon, y quedan muy canſados, gaſtados, y trabajados de las guerras paſſadas, a las quales he ſido forçado, ſiempre por la defençion dellos, y obuiar sù oppreſion, y ſegun las guerras me han ſido mouidas tantas vezes, y en tantas partes con eſte fin, come ſe ſabe, y es notorio y aſſi Dios me ha aiudado. Demùm poſt alia concludit. *Y tanto, que es mucho meneſter, que deſcançen quanto fuere poſſibile, y aſſi los encomiendo.*

3 Cæterùm de præcepto eſt, ne iniuſta, iniquaue bella à Principibus excitentur, atque ſuſcipiantur; læthalis enim culpa eſt *Iudic. 9. verſ. 27.* ibi: *Igitur non ego pecco in te, ſed tu contra me male agis, indicens mihi bella iniuſta.* Vt meritò ad omnia damna, cunctaſq; ruinas adſtringantur in conſciẽtia Principes, ſanguinaria bella ineuntes, malorumque omnium ſarcinam ſuprà dorſum eorũ irreparabiliter auocent,

cent, vt omnes Theologi concludunt.

4 Quod ne eueniat, duplex adhiberi poteſt remedium. Alterum nempe, vt procul ſit, à Religioſa Maieſtate ambitionis venenum, quod niſi angue peius, aut peſte abominetur, repentè ex ea Primogenitus orietur filius, iniuſtæ, & ſanguinariæ inclinationis, ad qualiacumque bella indicenda, & ad ſcelera multa Imperij cupiditate, iuxtà illud *Cic.*

5 Alterum verò, vt volens Religioſus Princeps bella ſuſcipere, maturam cunctationem adhibeat, de Iure, & Iuſtitia belli indicendi, quod non aliter ſit, quàm proborum, ſapientumque virorum Conſilio, caueatque enixè ab ea Prudentum, & Theologorum ſpecie, qui ad Principis aures pruriendas, proditoria repleti adulatione, propriam, & Principis animã, mutua illuſione, deceptioneq; interimunt, vt proindè cũ ſcire deceat *quantùm inter adulationem, & ſana conſilia interſit*, vt dicebat *Gallus Britann. in ſua Politica inſtructione ad Federicum V.* §. 1.

6 Non abſcondam tamen, aliter Diaboli politisam ſuadere, vt armorũ im-

impetus, motuſque, Regiminorumque bellica negotia, ſint legibus ſoluta, quaſi lex in armis, non arma in legibus conſtituantur: Vndè *Ageſilaus* dicebat. *Limen enſis mei, limen Imperij Lacedemonenſium*, teſte *Plutarch. in Ageſil.*

7 De Germanis etiam dicitur, quòd *Ius in virib; habeant*, vt apùd *Pompon. Melam. lib. 3. cap. 3.*

8 De Brennio Gallorum Rege fertur quoque, quòd Romanis belli rationem ſciſcitantibus reſpondiſſet, ſe *in armis ius ferre, & omnia fortium virorum eſſe*, ſic Liui. lib. 5. & *Plutarch. in Camill. fol. 259.*

9 Acriorem C. Marij reſponſionem refert *Cic. pro Milone*, quòd Cæſari dixerit: *Inter ſtrepitum armorum, verba ſe Iuris Ciuilis exaudire non potuiſſe.*

10 Baiazzettes quoque Turcarum Imperator, Imperatori Sigiſmundo armarium ſuum oſtendens dixit: *In his ius eſſe poſitum*, vt apud *Franz. lib. 1. cap. 19. fol. 66.* & *Petrum Regemonter. in ſermonibus Politicis f. 105.*

11 Denique Sereniſſima Venetorum Reſp. quę Cipri Regnum occupauerat, Reginæ Carolottæ reſtitutionem

illius

illius poſtulanti, reſpondit. *Ius Venetorum, ad Regnum Cipri, nõ in legibus, ſed in armis conſtitutum eſſe*, teſte *Sabellic. decad. 3. lib. 9.*

12 Vltimò dicunt, quòd de alienis certare Regia laus ſit, vt apud *Tacit. annal. lib. 15.*

13 Sed certè, ſi à *Tacito* nouiſſimè relato incipiamus, miror vehementer, quòd Regia laus ſit de alienis certare, & quare in laudem Regis vertatur id, quod in crimen, & vituperium cæteris tribuitur: Scio, Reges haud eſſe legibus ſolutos, vt meritò Rex animata lex nuncupetur, vniuſque literæ diſcrimẽ inter Regem, & legem conſtituatur; modò autem, quo pacto Regia laus ſit de alienis certare, quauè id ratione nitatur, mens mea non percipit.

14 Quin, & ſi eorum ſequi velimus ſententiam, qui Reges legibus ſolutos eſſe arbitrantur, amabò dicant, an de alia lege ipſi intelligant, quàm de ſola Ciuili; At Diuinam, & Naturalem quis vnquam inficiabitur, Reges abſque vllo diſcrimine obligare? His dubio procul, alienam ſubſtantiam vſurpare prohibetur; his indecorum cenſetur de alienis certare: Ergò falſum eſt, id quod *Tacitus* contrà legem Diuinam, naturalem

lem, & Ciuilem inſinuat: Quin nec Baiazzetes infidelis, nec priſci gentiles, quorum, ſuprà meminimus, tanquam legibus naturę obligati, benè arma ſinè lege, & ſine ratione excitabant, ſuper alienis certando.

15 Illa etiam propoſitio, quòd leges in armis conſtituantur, legeſque ipſæ inter militum clamorem, armorũq; ſtrepitum non exaudiantur, quò fęda, eò magis ridicula eſt, quaſi Reges nèdum à Diuina, naturali, & Ciuili legę abſolui, ſed ab omni quoque ordinata ratione eximi poſſint, & in agendis rebus, plus habeat momenti inæffrenata paſſionum libido, quàm rationis ſobrietas: Nunc quæſo, dicant tot docti Politici, quid aliud hoc ſit, quàm Principes inſipientibus beſtijs comparare, illorumq; debitam præſtantiam, & altitudinem, ad omnium contumeliarum compendium raptare?

16 Sed, quod mihi magis diſplicet, putant nonnulli (decepto, inſulſo illo, & rudi ſeculo, admiſſo Normannorum lemmate,) hanc Diaboli inſipientem Politicã, Sacra comprobari Scriptura *Pſal.* 213. ibi. *Cælum Cæli Domino, terram autem dedit filijs hominũ*, vt apùd *Beſold. de arte, iureque Bellì*

cap.

cap, 5. num. 16. fol. 95. Quaſi Terræ, & Orbis Vſurpatio, hominibus libera ſit; quòd qualiter ex eo *verſ.* deſumatur, penitùs ignoro: Solùm ſcio, quod deſperati Politici, non ſemel tentaverint, *Sacram Scripturam* violare, ſenſumque illius ad ſuum ineptisſimè diſtorquere.

17 Hi eo *verſiculo* dicunt, licere hominibus Terram ſibi traditam liberè occupare; quod ſi abſolutè verum eſſet, ſucceſſiuè liceret vni homini id agere, quo caſu vni etiam homini tota Terra data eſſet, non omnibus filis hominum: Porrò Terra data eſt filijs hominum, ſicut Cælum Cæli Domino; ergò par eſt, quòd filij hominum, præ Tyrannicis vſurpationibus plectantur, ſicut in Cęlo Lucifer: Demùm Cęlum Cęli planè Dei eſt, & à Deo Angegelis, filijſque hominum, ad meritorũ menſuram, & capacitatem diſtribuitur; ità tamen, quòd fruatur quiſque Cæleſti Ieruſalem, citrà alterius noxam, & iniuriam; ergò ad Cæli ſimilitudinẽ, ſic Terra à ſingulis oportet poſſidatur, citrà proximi inuidiam, & deſpectum.

18 Ad idem ſunt quibus diſplicet id quod quandoque Pius II. Pontifex Maximus dixerat, *quòd res grauiores*

res

res, armis non legibus decernuntur, teſte *Sabellic. en. 10. lib. 6. fol.* 731. cui conſonat illud ſimile, quòd *Regna ſententijs Doctorum, nec dantur, nec adimuntur*, relatum *à Coneſtag. lib. 3. de Luſitan Coniun. fol.* 148.

19 Verùm, ſi verborum ſinceritatem inſpiciamus, neque Pius, neque Coneſtagius aliud ſentiere, quàm quod Regnum Iure debitum, armis acquiratur, & iniuſtè ablatum, detentumque armis vindicetur, non quòd deſpiciatur Ius, ſed quòd pro deſpecto Iure, arma licitè parentur, ad iniuriam Iuri illatam vindicandam, quamquàm etiam, & dici poſſet, Auctores ſupracitatos, retuliſſe potius, quod de facto euenit, quã quod de iure faciendum foret.

20 Firma igitur, ex his vndique remanet Religioſa Politica, vt non niſi iuſta, & legitima bella, neceſſitate quoque ingruente, Principes deceat ſuſcipere: Quid Bella non conſumunt? His hominum millia mutuò trucidãtur, humanum genus extenuatur, Regna eneruantur, Aeraria conſumuntur, Ciuiles pereunt Societates, commercia diſſipantur, Populi pręſentium, aut proximarum calamitatum timore palleſcunt, turbanturque, opium, coniunctorum,

ctorum,

ctorum, & amicorum ruinæ collacrymantur, fames, peſtiſque prouocantur, cunctaque demum de abyſſo, in abyſſum ruunt, quia calamitas calamitatem inuocat ad interitum: Hi ſunt bellorum fructus; poſt hæc ſcito Principes, punctum eſſe, in quo bella geritis, vt *D. Bernard.* dicebat.

Rebellibus Populis opem ferre, tum ſi religionem, tum ſi politicam inſpicias, damnatur.

CAP. XVI.

1 SI debent Principes ab iniquis, iniuſtiſque bellis, de præcepto cauere, vt anteriori *cap.* inſinuauimus, fas eſt vt quæcumque alia peccaminoſa certamina abominentur, illiſq; fomentum haud præbeant, ne eorum ope in idem incidiſſe ſcelus videantur.

2 Quoniam verò Populorum ſeditiones, atque Rebelliones, quæ in proprios naturaleſque Principes, violato fidelitatis præcepto, incēduntur, hac ratione fædiſſimæ ſunt, & peccaminoſæ, vt apud *Valenzuol. in tract. de Iuſt. & ration. bell. ſeruand. quæſt. 2. num.* 134.

Suc-

Succeſſiuè ſequitur, vt nullus Religioſus Princeps, iure poſſit Rebelli Populo opem ferre, ſuam illi accomodare protectionem, eidemque ſua auxiliaria arma præbere, ad ipſam Rebellionem fouendam, ſubſtinendamque.

3 Id quod adeò verum cenſemus, vt Religioſitate quoque ſemota, ac in abſoluta puraque politica, omninò dãnetur, præſtò eſſe Populis rebellibus: Hinc Scotiæ Rex, inter alia pręcepta filio ſuo relicta, hoc illi potiſſimum, enixèque iniunxit; Ne in fidem, & clientelam ſuam Rebelles Populos reciperet, de qua re teſtimonium perhibet *Petr. Matth. in Hiſtor. Franc. lib. 6. narrat. 3. f. mihi 582.*

4 In illaque contingentia, inter Piſanos, & Florentinos, non exigua eſt diſputatio, an benè egerit Sereniſſima Veneta Reſpublica, an ſecus, quòd Piſanorum partes ſuſcepiſſet, eiſdemq; dum à Florentinis oppugnabantur, opem tuliſſet? de qua re eruditiſſima eſt diſſertatio apud *Parut. in diſcurſ. Polit. lib. 2. dicurſ. 2.*

5 Imò nec repræhenſibile, quin, & nimis laudabile, ac neceſſarium foret, ſubditorum Rebelliones, ſeditioneſque in aliorum quoque ditionibus, ægro

ani-

animo audire, ęgriſſimoq; tolerare, quin Principes ipſi, alter alteri mutuo auxilio præſtò eſſe deberent, integro conatu ad illas cohibendas, quaſi in eorum ſingulos crimen illud, & defectio patrata eſſet; Iſtamque fore arbitror veram Politicam, qua Principes omnes, ſinguli tuti reddentur à ſimilibus ſubiectorum defectionibus, ſæpiſſimè illorum ſtatus, & Regna infeſtantib; etenim populi de externo auxilio deſperati, quin, & de externa ope prodito Principi aduentura ſecuri, ab eo tam fædo Rebellionũ ſcelere ſe abſtinerent.

6 Quod naturali etiam ratione cõfirmatur: nam licèt ſit generale humanæ, ciuiliſque ſocietatis pactum, vt homines mutuò adiuuentur, & altrinſecis auxilijs opem ferant; id tamen nè maximæ confuſioni locum pararet, eò quia, ſtatim ac vni occurrimus, alium facilè offendimus, oportet, quod ciuilis illa ſocietas, mutuumque pactum, in ſuos diſtinguatur gradus, cum proportione ſimilitudinis, vt videtur ſẽtire *D. Ambroſ. lib. 1. de Offic.* dicens: *Nil tam ſecundum naturã eſt, quàm iuuare conſortem naturæ.*

7 Quoniam verò plus babet pro portionis, & ſimilitudinis, ſocietas inter

ter Principem, & Principem, ratione æqualis dignitatis, qua conſortes naturæ videntur; quàm ſit inter Principem, & Populum, fas eſſe conſequenter videtur, vt contrà Populorum defectiones, mutuum ſibi Principes accomodẽt auxilium, quo protinus cohibeantur, illo Rebellibus prorſus denegato.

8 Quæ autem generaliter docuimus de protectione rebellibus Populis minimè largienda, amplexari ſpecialiter atque enixè, à Principibus monemus, illorum reſpectu Populorum (ſi qui in Orbe ſint) quibus faciles, & iteratę ſunt defectiones, vtpotè qui modò vnum, modò alium offenderint, atque prodiderint Regem; hos enim ab omni tutela omninò propellendos arbitramur, quin potius attenuari opus eſſet, quaſi in hos, plus ſit honeſtatis, & Iuſtitiæ, Principes ad ſęquiendum cõfęderari, quã ad fauores largiẽdum; fide enim carent, venenata ſimulatione abundant, Monarchiam cui ſubiacent labij honorãt, corde autem ſuper ariſtocratica libertate meditantur, perpetuumque fouent certamen, inter libertatem, & Regnũ: Impatientes, rapaces, feroces, inuidi, aſperi, contumaces, in conſilijs abrupti, & in executione inopinati. *Sui tan-*

tùm

rùm commodi, ſpei, & fortunæ amici, hęc venerantur, Monarcha autem in pretio eis eſt, ſi eiſdem citò, & vbertim pro modo voluntatis illorum ſatisfaciat; ſin minus, repentè, in proditores, & transfugas omnes conuertentur. Hi, non Regij honoris cauſa, ſed neceſſitate compulſi, Regem confitentur, ſtatimque in eum odij ſigna oſtendunt: à Rege enim regnandi conditiones, & pacta poſtulant, caſtra, & armamentaria penes ſe habere audaciſſimè contendunt; ſenatus, & libera parlamenta prætendunt, quodque peiùs, nec rarò contrà Regis ſublimitatem, & ſalutem, quin, & in illius opprobrium.

9 Ab his ergò, eò decet Principes omnes cauere, quò, & ipſi ſingulorum imperium abominantur; hanc enim protegere inquietiſſimã gentem, ineptiſſimum reputamus, in maximum enim vergit diſpendium, in grauem honoris iacturam, in nullum verò fidelitatis, & amicitiæ emolumentum: Cum proditoribus, pars vlla habenda eſt, ne eum quoque prodeant, ipſis fauentẽ, vt pænitere citò contingat, fauores ſuper his expendiſſe, Dei exemplo, quem præ hominis nequitia hominem feciſſe pęnituit *Geneſ.* 6. Fauo-
rem

rem enim ad menſuram neceſſitatis, nō amoris implorant, plus in eis valet ſimulatio, & oſtentatio, quàm veritas, & amicitia, & tunc magis de eis timeri oportet; cum blanditias, & obſequia anxiùs effundunt: Denique indiſcretis accenſi vaporibus, cogitant, & meditata præcipitanter exequuntur, furor arma miniſtrat; Modò quis iſtos inconſultò proteget? quis eis oſcitanter opitulabitur, quis amorem in hos impendet, qui amorem nullum nutriunt, ſed venenum?

De Fœdere cum Turcis, aut Hæreticis non ineundo, & de illorum armis in auxilium non inuocandis.

CAP. XVII.

1 FÆdera cum Infidelibus, & Hæreticis inire, omninò Religioſa Politica vetat; niſi tunc tantùm, cum neceſſitate ingruente, Chriſtianæ Reip. Salus, & tranquillitas ità fieri expoſcit; pròut egiſſe legimus Immortalis memorię Imperatorem Carolum V. ſuperiori *cap.* 10. *n.* 7.

2 Et licèt idem Imperator, cum Anglis quoque confœderationem firmaſſet, illamque velut proficuam, Sereniſſimo filio ſuo, Philippo Hiſpaniarũ Principi commendaſſet *in monitis Auguſtanis*, §. 52. Id tamen ipſe idem proteſtatus fuit, fieri velle citrà Religionis, Sanctęque Apoſtolicæ Sedis noxam, his verbis. *Señaladamente, nò tratareys, ni hareys con los dichos Ingleſes coſa alguna que directa, & indirectamente pueda ſer coſa contra nueſtra ſancta Fee, y autoridad de la Sede Apoſtolica.*

3 At Infidelium auxiliaria arma conuocare, ad alium æquè Religioſum Principem ferociùs defatigandum, hoc nullo penitus fundamento, aut prætextu valet excuſari, ſed damnari indiſcriminatim oportet: Diaboli enim polititica eſt, qua ad extenuandum mutuò vires, quandoque diuerticula hæc, inſidiæque moliuntur, totoque niſu Principes ſtudent, quod ſuus Religioſus quoque hoſtis, illiuſque ſtatus, ab infidelibus pluribus in locis percutiatur, & infeſtetur, donec victus cedat.

4 Hæc enim omnia ad contumeliam, & dedecus Religionis, ac in diminutionem tendunt decoris Princi-

pis

pis bellum indicentis, præ maximo ſcãdalo, quod amicis, & inimicis præbere non veretur, quaſi pręcioſiora ſint ſibi Regna, Religione; An fortè Turcarum perfidam conditionem Principes ignorant, quod illorum inuocent auxilium? Amabò patienter audiant, quid de hac re ſenſiat *Gallus Brittannus, in ſua ſecretiſſima politica inſtructione data Federico V. Comiti Palatino Electori*, §. 13. his nimirum verbis;

§ *Multò minus Turcam fidum, amicumque exiſtimabis, iucundiſſimũ ille in veſtibulo Portæ ſuæ ſpectaculum de veſtris pugnis exhibet: Victor pariter & Victus, præda eris: Sic arietes ſpectãte lupo, & inhiante concurrunt: Sic galli gallinacei plaudente aquila præliantur; Axioma Turcharum eſt, nulli Chriſtiano, niſi commodi ſui cauſa amicum eſſe. Nullum hactenus bello ſi omnia Euolues Annalia, iuuit, quem non in miſerandam redegit ſeruitutẽ: Fidem ſola vtilitate, & quæſtu metitur. Tot opum, & virorum impendijs pro Vngaria depugnatum, totoque Europæ Corpore illa defenſa eſt; at ſine ſangnine, ſine ſumptu, Vngariam tenet, per Vaſallum fidum poſſidet, tributum accipit, ius traducendi Exercitus habet*

bet in Morauiam, Bohemiam, Sileſiã-
que, & ſi non ſtatim mouerit, tu ſemper
eum expectabis. Vrbes prò cautione, &
pignore, vt Lippam in Tranſiluaniam
accipient. An tu fore ſperas, vt Turca
ſuis moribus non vtatur; cur tam per-
fidè, atrociter, periculoſeque Germaniæ
Imperium infeſtauit, ſi nunc te ſecurè
regnantem ſinet; illi nequaquam cre-
dere debes quia nunquam hactenùs ſer-
uauit fidem. Legationes igitur tuę, quas
partim remiſiſti Conſtantinopolim,
partim nunc edornas; profuſa etiam
donaria ſubiectionis tuæ ſimbola erunt
ſecuritatis vades non erunt: hoc ſanè
horrendum eſt Regnum tuum, cum pri-
mùm violare fidem viſum illi fuerit, in
eius fore poteſtate, ſi ad altam te Por-
tam ſuam vocauerit; Eundem eſſe, ſi vt
arma Turcicis coniuncta, contrà quẽ-
piam Chriſtianum conuerſum iuſſerit,
idem facere cogeris, quod ante bienniũ
tuus Gabor fecit cõtrà Polonos, exercitũ
ſuum duce Schenner Baſſa expedien-
do; Nec inſolitum tibi videri poterit ſi
fidẽ Turca fallat, cum ipſe, vt de Gabor
taceam, tot modis iuſiurandum, & fi-
dem, regnandi cauſa vielauerit, & exẽ-
plum contrà te dederit; Ego verò puto,
Turcam, & tibi, & Gabrieli, tunc fo-
re

re infeſtiorem, cum vos fęlices putabi-tis. Nam Turca hactenus id egit, vt diſcordijs Chriſtianorum rem ſtabiliret ſuam; Nunc ſi te, Gabrielem, Venetos, ac Principes quoſdam Germaniæ concordes viderit, ſtatim timebit; Itaq; pulſis Auſtriacis vos diſſipabit, diſſiunctos inuadet, te per Gabrielem, Venetos per alios vaſtabit.

6 Quis ergò, ex Chriſtianis Principibus adeò inſipiens, ſtultuſque erit, qui peſſima, hac Turcica conditione cognita, illius arma in auxilium conuocabit, vt alium Chriſtianum Principem, cum quo bella gerit, ferociùs vrgeat? Præter enim conſcientiæ, decoriſque noxam, verę etiam Politicę regulas violare videtur, qui agnum cum lupo aſſociatur, millies ipſe fidem franget, ſuoquè venationem appropriabit commodo, & in prætextum ſuſcipiet, leoninam poſtulare prædarum, lucrorumque diuiſionem, vt aut vltrò præ timore, ei perniciosè cedere; aut perniciosius cum eo contendere, colligatus Princeps compellatur.

7 Nunc videamus, an benè quidā Pſeudopolitici ſenſiant, qui ſuppoſita indicendi belli iuſtitia, & virium diſparitate, poſſe dicunt, Principem viri-

bus debiliorem, auxiliaria Turcarum arma conuocare, ad id, quod ſibi iure debetur vindicandum? Et quidem eos fœdiſſimè ità arbitrari concludimus, nā ſi *D. Thom.* credamus *de Regim. Princ. lib. 9. cap.* 8. non tantùm iuſtum debet eſſe bellum, quod *Princeps* indicere intendit, ſed media quoque licita, honeſtaquè futura ſunt: Id quod etiam myſticus *S. Scripturæ* ſenſus edocet, in illis Spiritus Sancti verbis; *Non ſat eſt bonum agere, niſi & benè agatur.* Ergò perperàm à Chriſtiano, cōtrà Chriſtianum Principem, Turcicæ vires implorantur, quamquàm pro iuſtiſſimo bello.

8 Porrò, ſi quis conſequi veretur, id quod ſibi iure ſpectat, & ab alio iniuria detinetur, præ virium, armorumque diſparitate, fas eſt in abſoluta politica, vt fortius de Turcis metuat, nè ſuſcepto ab eis auxilio, reque ab vſurpatore vindicata, fracta demum fide, ſe Turca inter duos litagantes, tertium gaudentem conſtituat, ſuumque in Chriſtianorum diſcordijs corroboret Imperium: quo facto, vires multæ non ſuppeterent, vt expelleretur, reſque ipſa, inſimul cum Religione deperdita, & conculcata, cum deriſu remaneret,

H Chri-

Chriſtianorum Principum culpa, alterius nempè, quod Turcicum pręſidium conuocauerit, alterius verò, quòd præ ſua vſurpatione, & pertinacia, deſperatum propè compulerit aduerſarium, vt id ſcelus patraret, ſumma vtriuſque iniuria.

9 At dato millies, quod Turca eſſet collegæ ſuo fidē ſeruaturus (quod arduum ſupponimus) non verendum tamē eſt, quin ipſo poſtmodum auxiliū ab eodem Chriſtiano collega implorāte, maximum ei incuteret animi mærorem, quaſi turpiter denegaret, turpiuſque præſtaret.

10 Denegaret quidem turpiter, vtpotè quia, non ęqua lance, alter alteri prętò eſſet, quin denegatio ipſa, iuſtum Turcæ prætextum exhiberet, ad ipſum Chriſtianum Principem, ſuū olim collegam, eiuſque ſtatus armis affligendos.

11 Turpiùs etiam præſtaret, quippè ſi indicendum à Turca bellum, alium Chriſtianum Principem eſſet offenſurum, fædiſſima tunc, ac in ſummo abominationis gradu foret auxilij præſtatio: Si demū Turcica arma Chriſtiano præſidio colligata, in alium Infidelē conuertenda eſſent, & tunc damnari

etiam oportet, nè noſtra ope, vnius Infidelis Imperium, maximè dilatetur, cũ id in Chriſtianorum ſtatim, vergat exitium, vtpote qui hoſtem longè formidabilem perhorreſcere compellantur; Præterquàm quòd, certamina inter infideles, alijs oportet nutriri medijs, quàm auxilio, ne vires noſtræ, ad turcicum commodum extenuentur.

12 Caueant itaque Chriſtiani Principes, eoſque pudeat in collegam, ſociumque habere illum, cum quo perpetua, & implacabilia bella gerere fas eſſet: Carbonis enim inſtar Turca eſt, quem ſi tangamus, manus noſtras, aut vrit, aut inficit: Hederæ quoque aſſimilari planum eſt, parietem amplexans, vt illum proditione conſternat.

De

De Chriſtianorum Principum fœdere, Illorumque armis, in Turcas vertendis.

C A P. XVIII.

1 PArtem nullam cum Turcis habere, aut fœdere aut colligatione, Chriſtianos Principes decet, prout antecedenti *cap.* demonſtrauimus; At Religioſa Politica, hoc tantũ contenta non eſt, vlterius poſcit, clamat, ac enixè increpat, vt Catholici Principes, arma, in illos conuertant: *Si effuſis opibus, & Sanguine* (quidam Religioſiſſimè dicebat) *Regna acquirimus, Quarè vtrumque in Turcas, non impendimus?*

2 Cuncta ſiquidē bella, quæ indicuntur, & ſubſtinentur, cumulandæ gloriæ, externaque adipiſcendi Regna finem intendunt; nec verendum, quòd incomparabilem gloriam, Regnaque plurima Catholici Principes forēt aſſecuturi, in Turcas, cæteroſque Religionis noſtræ hoſtes dimicando, maximè, ſi Sancta, & ſuſpirata Chriſtianorum Principum colligatio ſortiretur, iuxtà quòd præſtantiſſimi ſcriptores

ſuadere conati ſunt, vtpotè *Busbequi. Scip. Admirat. Pagaſet. Maſcard. Io: Bernard. Veneroſi*, cæteriquc.

3 Quò circà in animum reuocare compellor, quòd Chriſtiani Principes, faſcino, & læthargo obtuſi, malint certamina inter ſe ipſos accendere, & Chriſtianas opes, vireſque conſumere, vt Regnis mutuò exuātur, Infideli hoſte, in pace, & ocio derelicto.

4 Quod Chriſtianorum Principū Regna, à Chriſtianis Principibus tàm anxiè appetantur, infidelium Ditionibus omninò paruihabitis.

5 Itidem certamina inter ipſoſmet, putent eſſe præclariora, at in Turcas minùs glorioſa.

6 Dei inſuper, & Religionis iniurias, negligant vindicare.

7 Quod præſtantiora Religionis noſtræ loca, Sanctamque Ieruſalem, à Canibus ſinant poſſideri.

8 Quoduè demum ſuis inter ſe ipſos certaminibus, à fædiſſima patiantur derideri gente, ipſique Infideles, eorum negligentia coaleſcente, validiores euadant, iuxtà quòd ad propriā ſpeciem aduertit *Gall. Brittan. in ſuis Polit. Inſtruct* §. 13. *in fin.* dicens quòd *Turca hactenus id egit, vt diſcordijs*

Chri-

Chriſtianorum,rem ſtabiliret ſuam; vt meritò illud *Cicer.* proferamus *Philipp.* 1. inquiētis *Non tam ſuis viribus auctus eſt hoſtis, quàm veſtra negligentia*; Id quod fœdiorem profectò notã, Chriſtianis affert Principibus; *Turpiſſima enim eſt iactura, quæ per negligentiam fit* iuxtà *Senec.* declamationem, & appoſitisſimè collimat illud *Franciſ. Petrar.*

Ite Superbi ò miſeri Chriſtiani
Conſumando l'vn l'altro, & non vi oaglia.
Ch'il Sepolcro di Chriſto è in man de Cani.

9 Rumpite itaque Catholici Principes moras, quis vos faſcinauit, Pium ſuſcipite certamen, compellat vos dedecus magnum, quod generoſis cordibus, mortis antecellit timorem, ad ſenſum I.C. in *l. iſtis quidem, §. quod ſi dederit ff. de eo quod met. cauſ.*

10 Incendat vos gloriæ amor, Sancta nouorum Regnorum æmulatio, & præmia Deo auctore in ęternũm manſura; Siquidem Nabuchdonoſor a Deo fuit facta retributio (inquit *D. Thom. de Regim. Princip. lib. 6. cap. 8.* quia cõtrà Dei hoſtes pugnauit; Quid faciet Principibus bonis; & de præmijs Na-

buchdonoſor ſceleſto Regi hac de cauſa elargitis *Ezechiel.cap.29.*

11 Quin ferè in Dei cognationem aſſumitur, qui bella aduersùs illius hoſtes ſuſcipit, iuxtà illud: *Iure igitur à Dijs proximus habetur, per quem Numinum Maieſtas vindicatur*, teſte *Iuſti.lib* 8. en dignitas, en gloriç culmen.

12 Poſceret ergò ratio, poſceret Religioſa Politica, vt qua Chriſtianorum Principum diſcordia, fidei hoſtes, ſuas dilatarunt fimbrias, dominiaque ſua expanderunt, æqua nunc, & proportionata fęſtinantia, in illos bella cierent, germanoque fædere, viriliter in Tartarum, & Othomanum irruerent, vt ſicut in cunctis corporis ægritudinibus, à contrarijs curatio ſumitur *Galen.in lib.Hippocr.de natur. humor.c.* 6. Sic hoſtis qui ex ocio noſtro, noſtraque ſegnitie profecit, celeri, induſtrioſaque prudentia, quantum vires ſuppetunt, ad bella euocetur, iuxtà Cōſilium *Beſſario Serm.3.*

13 Nec terreat vos Chriſtianos Principes negotij teſſera, & ardua Prouincia; timor enim veſter, ex veſtra ſuboritur negligentia; fas eſſet manus ad aratrum mittere; quidquid enim cogitatione pergraue videtur, experimento

fa-

facile euadit, teſte *Tacit. annal. lib.* 15. Multa ſiquidem experiendo fiunt, quæ ſegnibus ardua videntur: Experimini itaque, & generoſa deliberatione, pugnam delibate, quia ſi velitis ſic fieri, erunt aſpera, in vias planas, iuxta adagium. *Quod quiſque vult, id nec deſperat fieri poſſe*, teſte *Stur. Serm.* 3. *f.* 172. An modicę fidei eſtis, quòd Deus ſuper vos non intelliget, quòd is vobiſcū non erit, quodque propugnandæ Religionis Zelus, non pugnabit?

14 Plurima ſanè volumina nec ſuppeterent, ſi *Sanctorum Patrum, & Sacræ Scripturæ Expoſitorum ſententias*, ſuo ordine recenſere in onus ſuſciperē, quibus Sacra Vaticinia, vindicandæ Ieruſalem panduntur, quibus etiam robur, & fiducia, Chriſtianorum armis miniſtratur, præſertim verò ſuper verbis *Zacchar. cap.* 8. & 9. At quoniam eiuſdem *tex.* Sanctique Prophetæ ſermo, omni alia expoſitione derelicta, anxiam, & Zelum infundunt, ſpem mētibus, fiduciam cordibus, & vim inſerit armis, vt lętiſſimè ſuſcipiantur, illum propterea referre, opere pretium duxi.

15 *Hæc dicit Dominus exercituū, reuerſus ſum ad Sion, & habitabo in me-*

medio Ieruſalem, & vocabitur Ieruſalem, Ciuitas veritatis, & mons Domini exercituum, adhuc habitabunt ſenes, & Anus in Plateis Ieruſalem, & viri, baculus in manu eius, præ multitudine dierum, & Plateæ Ciuitatis complebuntur infantibus, & puellis, ludentibus in plateis eius: Hæc dicit Dominus exercituum, ſi videbitur difficile in oculis Reliquiarum populi huius, in diebus illis, nunquid in oculis meis difficile erit, dicit Dominus exercituum! Ecce ego ſaluabo Populum meum de terra Orientis, & de terra occaſus ſolis, & adducam eos, & habitabunt in medio Ieruſalem, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum, in veritate, & in Iuſtitia: Hæc dicit Dominus exercituum, Confortentur manus veſtræ, qui auditis in diebus ſermones iſtos, per os Prophetarum, in die qua fundata eſt domus Domini exercituum, vt Templum ædificaretur.

16 Itaque ex eodem *Propheta ibid.* deponite Chriſtiani Principes timorem, à Deo enim confortentur manus veſtrę, ipſe conuerſus cogitabit in diebus illis, vt benefaciet domui Iudæ, & Ieruſalem: *Nolite timere* Deus etiã

vo-

vobiſcum vadet, ipſe vobiſcum erit, & diſperdet ſuperbiam Philiſtinorum, *& erit quaſi Dux in Iuda*; certamen ſuſcipite, & *conuertimini ad munitionem victi ſpei, quia lapides Sancti eleuabuntur ſuper terram.*

17 Nec minùs feratis Catholici Principes, quòd tanta timoris iniuria, decus veſtrum, claritas veſtra, gloria veſtra afficiatur, Religioque conſternatur, quòdque Tartari, & Othomani, riſu, & chachinnis, ſuper vos tanquàm perterritos glorientur; Scio enim, quāta inter vos met ipſos acerrima certamina excitaſtis, & ſubſtuliſtis, quanta etiā conſtantia, imperterribilitatem veſtram oſtendiſtis, & quot uices, arma, exercituſque veſtri, in proprium, Regnorūque exitium expoſiti, terram Sanctam à canibus vindicare potuiſſent.

18 Ad hoc alludit. *Vorag. part. 5. cap. 3.* qui in narratione belli acritèr accensi, inter Sereniſſimas Venetorum, & Ianuenſium Reſpub. de anno 1295. inquit; Ianuenſes ſolos, Triremes conſtruxiſſe biſcentum; *Quod ſi idem* (authoris ſunt verba) *feciſſent ergà Deum, Terram Sanctam ſoli acquirere, tali claſſe potuiſſent.*

19 Si ergò ſoli Ianuenſes, tale, tan-

tum-

tumque glorioſum certamen ſuſcipere valuiſſent, quid ſi cum Venetis, & Hyeroſolimitanis Claſsibus colligarẽtur, præ immenſo harum Potentiarum Maris dominio?

20 Quid ſi his accederent, Magni Sereniſſimiq; Sabaudiæ, Herturiæ, Mutinę, & Parmę Duces, cęterique pares?

21 Quid etiam, ſi Catholicus, & Chriſtianiſſimus gladius, Luſitanique Regis vires, mutuò ſemel deſponſarentur, & Zęlo, (vt par eſſet) contrà Infideles accenderentur?

22 Quid ſi Cæſaris Auſtriaci Copiæ, cæterorumque Catholicorum Germanię Principum, eodem conſociarentur deſiderio.

23 Quid demum, ſi Maximus Romanus Pontifex, qui ob ſummam dignitatem, ſuprà cæteros Chriſtianos Principes, velùt Pater, & Paſtor coruſcat, in hac re, generoſis filijs ſuis, opẽ ferret.

24 Recordor memoratum *Brittãnum Gallum*, *in d. ſua Politica Inſtruct. cit. §. 13. in fin.* præ cæteris inſinuaſſe, Turcas de ſola Germaniæ Principum colligatione, velùt ſibi moleſtisſima, infeſtisſimaque, vehemẽter

ter timere; Quem ergò de his omnibus colligationibus, timorem conciperet,

25 Quanta lætitia totus Chriſti grex, nouarum contributionum onus ſubſtineret, pro Turcico dominio expugnando; quantum etiam conferret; ſi eodem Summo Pontifice iubente, omnes Clericorum, & Eccleſiarum introitus decimarentur, ad Eccleſiaſticæ claſsis commeatum, aut ad Claſſes Chriſtianorum Principum coadiuuandas?

26 Poſt hæc, quanti ponderis eſſet, vltimum ſubſidiarium remedium, ſi Põtifice itidem annuente, (ſi ei, id è re eſſe videretur,) pro hoc pio, & glorioſo certamine, aurea, argenteaque omnia, omnium Orbis Eccleſiarum exponerentur, Ezechiæ exemplo, qui ad Politicam pacem, cum Aſſiriorum Rege componendam (eum enim vehementer metuebat) omne argentum in Templo Domini repertum, aurique laminas in eo appenſas, hoſti protinùs exhibuit 2. *Reg. cap.* 18. *verſic.* 15. Quid modò ad hoſtem debellandum?

27 Etenim quamuis Eccleſiæ Suppellectilia, & precioſa, ad Dei cultum, Templorumq; ornatum parata, deceat fideliter, & intemeratè ſeruari; Seruarita-

ri tamen ſedulius videntur, cùm ad fidei, & Religionis decus diſtrahuntur, quia præſtantior eſt, captiuorum, amiſſorumque Regnorum redemptio, Religioniſque propagatio, quàm lautæ exornatarum Eccleſiarum admiratio; Hoc enim ſupercilio cernimus, illud verò lachrymis deploramus, vt meritò *D. Ambroſius*, ab impijs, ineptiſque Arrianis reprehenſus, quòd aureos diſtraxiſſet Calices, ad redimendos captiuos, reſponderit. *Quod Deo gratiores ſunt animæ captiuorum, qui redimuntur, Templorum ornamento*, vt in *Martyrolog. ad cap. 11. lib. 1. Reg.*

28 Nec diſpliceat, anſa oblata, recenſere verba *tex. can. 77. 12. quaſ. 2.* ibi. *Aurum Eccleſia habet, non vt ſeruet, ſed vt eroget, & ſubueniat neceſſitatibus. Quid eſt opus cuſtodire, quod nihil adiuuat.* & poſt quàm, de Sacris Vaſibus diſtrahendis, pro pauperum, & egenorum alimonia in eo *tex.* actum eſſet, ſtatim ſubnectitur: *Cur tot captiui, in captiuitatem ducti, nec redempti, ab hoſte occiſi ſunt. Melius fuerat, vt vaſa viuentium ſeruares, quam metallorum, his non potes reſponſum referre.*

29 Vnum tamen in intrinſeco cordis

dis angit me vehementer, quodque reticere voluiſſem(ſic me Deus adiuuet) Sed nequiui;idque eſt, quod huiuſmodi Catholicorum Principum colligationes in Infideles, contenctiosè tractantur, ſerò, & laboriosè concluduntur, demum breui diſſoluuntur; Diabolus ſiquidem illas metuens, zizanias ſerit difficultatum, deindè laudabilem propagandæ, & vindicandæ Fidei finē euellit,tandem artibus ſuis ſatagit, vt multorum charitas frigeſcat, donèc opus totum diſſoluatur.

30 Atque ideò, vt huiuſmodi colligationes, ad Chriſtianæ Reip.commodum,Religioniſque ſecus, effectum ſortiantur, & peractæ non diſſoluantur, ex gubernandi, pręcedendique diſſidijs, vel ex diuidendorum Regnorum diſcordijs, quæ plerùmque omnium malorum cauſæ ſunt, tria efficaciſſima media practicari valerent. Primum omninò morale, & Religioſum. Secundum Politicò religioſum. Tertiū verò,omninò Politicum.

31 Primum abſolutè morale, & Religioſum,quo cunctę abſoluerentur difficultates eſt, vt ſicùt intèr ipſos Principes, diligens, acriſque cura cunctis in contingentijs ſuſcepta eſt,nè alter,

ter, alterius ſublimitati, præcedendo detraheret, ſic per virtutem ambitioni oppoſitam, quiſque ad maiorem Dei gloriam, & Religionis incrementum, mutuò æmuletur, de precedendi, dominandique ambitione parui habendæ, & relaxanda, iuxtà conſilium *Pauli* clamantis. *æmulamini fratres chariſſimi, cariſmata meliora*. Iſtaque Sanctæ æmulatione, Diaboli zizaniæ planè reſecarentur, Pugna verò Deo gratior, hominibus facilior, hoſtibus verò moleſtior euaderet.

32 Secundum Politicò religioſum eſt, vt iurata mutuò pactione, colligandi Principes, ſingulorum voluntates, in Venerabiles, Paternaſque Pontificis manus reponerent, vt quidquid ab eo decerni contingeret, exequi intemeratè deberet, illumque ſicut Chriſtianus grex, in Paſtorem Maximum veneratur, ſic eidem, Principes in hoc magni momenti opere, morem gerere, atque parere ſpondant; Ità tamen, vt quidquid ab eo, hac vice præciperetur, in exemplum, præiudicium, aut diminutionem iuris alicuius, nequeat in poſterum, in ſimilibus afferri.

33 Tertium denique abſolutè Politicum eſt, quòd concorditèr omnes

Chri-

Chriſtiani Principes, vnà conueniant, de Turcico Imperio propugnando, ità tamen vt cuique Principi, diuiſim ab alio, & de per ſe, certa Imperij illius Prouincia, certumque Regnum, expugnandum iniungatur, iuxtà virium proportionem, locorumque oportunitatem; ex hoc igitur multa reſultarent, profectò non parui habenda.

34 Primò quiſque ſuper ſua dominaretur claſſe, & ſucceſſiuè præcedendi, imperandique contentiones euaneſcerent.

35 Secundò facilior pararetur regendi modus, quàm ſi vnicum tot Chriſtiani Principes exercitum coadunarent.

36 Tertiò, variarum nationum antipaticæ Claſſes, ſimul non confunderentur.

37 Quartò, hoſtis pluribus in locis ferociſſimè percuſſus, breui expugnaretur.

38 Quintò quiſque Princeps, alterius æmulatione, ardentiùs certaret.

39 Demum quæ Vrbs, quæ Prouincia, quodque Regnum alicuius occuparetur, & propugnaretur induſtria, ſtatim, omnem procul contentionem,

Vi-

Victoris Principis fieret, & ſuorum quiſque laborum, prȩmijs, lucriſque potiretur.

40 Heù quot Religioſi viri, ſi eis exoptatum hoc fædus videre daretur, exultando præ letitia, Canticum Simeonis canerent, *Nunc dimittis Seruum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace.* Quot etiam Catholici Principes, iubilando, hymnum Sanctorum Ambroſij, & Auguſtini, publicè in cimbalis, & organis, cum Populo recitarent. *Te Deum Laudamus, te Dominum confitemur.* Quot demum ex ipſis met infidelibus, Sacro renati baptiſmo, canticum proferrent Zaccariæ, ſepè clamantes *Benedictus Dominus Deus Isdrael, quia viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ.*

De

De Pacis Præſtantia, Quàm illam Carolus V. appetierit, & Quarè.

C A P. XIX.

1 PAx harmoniacæ rationi maximoperè conducens, Imperiorum, & Rerumpublicarum præſtãtiſſimus, atque optimus finis eſt, in eiuſque tranquillitate, totius Orbis regularitas, requieſcit, *extrauag. ad reprimendum, tit. quomod. in læſe Maieſt. Crim. proced.* Nam in pace, rebuſque ſecundis, cõquieſcunt Imperia, Ciuiles ſocietates, & commercia vberiùs prę ualent, creſcit humanum genus, mentes habent Ciues tranquillas, pacatos animos, mores ſaniores, opeſque tutas, vt nulla eos vrgeat neceſſitas (velut in bello) leges rumpere, pręcepta tranſgredi, maliſque artibus, vitę quærere præſidia; vt proindè iure optimo *Salus Patrię* pax nuncupetur à *Senec. in epiſ. ad lucill. lib. 9. epiſ. 1.* ò dulce pacis nomen, res iucunda, & Salutaris; tranquillæ libertatis diſpenſatrix, legum, & Iudiciorum fæcundiſſima Mater, peruigiliſque cuſtos, nil habens inſidia.

diarum, & in qua, non modò ij, quibus ſenſum natura dedit, ſed tecta quoque, atque agri, collatari conſpiciuntur, vt *Cic.* dicebat, *pro leg. Agric. contrà. Pop.*

2 Pacem, teſte Propheta, Orbi Deus commendauit *Zacch.* 8. *ſub verſ.* 19. ibi *Veritatem tantum, & pacem diligite*: Hanc etiam INCARNATI VERBI charitas dedit, & reliquit; *Pacem meam relinquo vobis, pacem meã do vobis, non quomodò mundus dat, ego do vobis, Ioann.* 14.

3 Pacem demum, vtpotè à Deo commendatam, Carolus V. Pijsſimus Imperator, in *monitis Auguſtanis*, §. 6. filio ſuo, Hiſpaniarum Potentisſimo Regi, anxiè inſinuauit, hoc Sermone. *Y porque entre las coſas que Dios mas encomendò es la paz, ſin la qual nò puede ſer bien ſeruido, de mas de los otros enfenitos enconuenientes, que trahe la guerra, y ſe ſiguen della, deueis tener continuo cuydado, y ſolicitud de obuiarla por todas las vias, y maneras posſibiles, y nunca entrar en ella, ſi nò forçadamente, y que Dios, y el Mundo ſepan, y vean, que nò podeis euitar la dicha guerra.*

4 Et de ſæpè fracto optatiſſimo pa-

cis

Digitized by Google

cis vinculo, per Franciſcum Chriſtianiſſimum Regem, eximia animi amaritudine, idem Imperator conqueritur, in eiſdem *monitis*, §. 27. prædiligens quippè, eundem filium ſuum inſtruere, quid eſſet in poſterum, cum eodem Gallorũ Rege acturus, quo pacto cũ eo ſe gerere deberet, fatur; *Quãto à Frãçia, yo hè hecho ſiempre lo que he podido, deſdè que començè à Reynar, por viuir en paz, con el Rey Franciſco defunto, y muchas buenas obras por ello, y ſu conſideracion, y paſſados muchos tractos de paz, y tregua, las quales nunca hà guardado, como es notorio, ſi nò por el tiempo, que nò hà podido renouar guerra, ò hà querido de hallar oportunidad de darne, con diſſimulaçion, ni han approuechado mas los grandes officios hechos: à lo que ſe hà podido imaginar, y entender del Rey moderno, sù higho, y las platticas, que lleua con todas partes, ſe comprende, que està puoſto en ſeguir las piſadas y heredar la dannada voluntad de sù Padre, y que los paſſados Reyes de Françia, han tenido à los nueſtros, Mas ſea como quieren que ſea, os acconſeho que mireis, y tengays gran aduertençia de guadar, con el la paz, tanto quanto podieres, y ſeñaladamen-*

mente por el ſeruiçio del bien publico, y de Dios, y de la Chriſtianidad, y por lo que emporta à los Reynos, eſtados, y Señorias, que yo os deharè.

5 Apertiſſimè ergò hoc loco, Maximus ille Imperator oſtendit, hanc illius Galli Regis conditionem extitiſſe, vt fæderis conuentionibus, tunc adheſerit, cùm ſe diuturnis bellis defatigatum noſcebat, vt relata indicant verba. *Si nò por el tiempo, que nò hà podido renouar guerra.* Et proindè, prius de nouo prælio ciendo meditabatur, ſcilicèt, refectis illicò viribus, poſteà verò pacis pacta ſubſcribebat, iuxtà illud. *Pax, pax, vbi non erat pax.* Idque nec alio prætextu, aut colore (Carolus V. inquit) quàm quòd Regni ſui iuribus, pace, & pactis, præiudicare nequiuerit: Hæc eſt benè vetus Galli cantio, cuius diſſertiſſimis verbis memoratur in *dictis monitis*, §. 28. *circà fin. Segun la eſperiençia hà ſiempre moſtrado, que eſtos Reyes Padre, y hijho, y ſus paſſados, han querido vſurpar de continuo de ſus vecinos, y donde han podido, y vſado de nò guardar tractado alguno, ſeñaladamente cõ migo, y nuoſtros paſſados, con achaque, y color, de nò poder prejudicar à ſu Corona.*

6 Quid

6 Quid amplius, direpta ab Imperatoris Copijs (ipſo penitùs inſcio) Roma, Galli Ducis impulſu, de qua re, peculiari ſermone egimus *ſup. cap. 7.* In eo ſiquidẽ euẽtu, Imperator Auſtriacus S.P.Q R. reſcribens, vt cordis ſui intimum mętorem, pro ea direptione oſtenderet, præcæteris ſe ad pacem, propenſum animum ſemper habuiſſe obteſtatur; adeò vt hac ſub ſpe, eundẽ Franciſcum Gallorum Regem, in priſtinam repoſuerit libertatem, his planè aureis verbis. *Reſtitutoque priſtinę libertati Gallorum Rege, maluimus iniquam pace amplecti, quàm bellum æquiſſimum proſequi, vtpotè qui. longè maiora pro Chriſti gloria, perficere poſſe ſperabamus.*

7 Hac inquàm ratione, quod Carolus V. fuerit pacis obſequentiſſimus, quodque bella laceſſitus, ad proprium ſuſceperit tutamen, pro certo arbitramur, tam glorioſè in rebus bellicis profeciſſe, vt cuncta propè certamina proſperè ei euenerint; id ipſe teſtatur in dictis *monitis cit.* §. 6. vbi de bellis loquens, inquit. *à las quales he ſido forçado, ſiempre por la defençion dellos* (de ſuis ſtatibus intendebat,) *y obuiar ſu oppreſſion, y ſegun las guerras me hã*

ſido mouidas tantas vezes, y en tantas partes, con eſte fin, como ſe ſabe, y es notorio, y aſſi Dios me hà aiudado, de manera que aunque hè paſſado muchos trabajos, cō ſu aiuda, los he guardado, y defendido.

8 Quòd ſi indagare velimus, qua ratione Carolus V. Vniuerſale fædus, tàm anxiè appetierit, profectò vnica occurret, vt nimirum pace præuia, Catholicorum omnium armorum colligatio in Turcas, ad Religionem vindicandam, ſortiretur; Sic pluribus ex locis excipimus, præſertim verò ex memorata illius Epiſtola S.P.Q.R. miſſa, quam integram contulimus *cit. Superiori cap. 7.* in illis potiſſimum verbis. *Aperta via, tum ad pacem Vniuerſalem, tum ad arma, in perfidos Religionis noſtræ hoſtes conuertenda, &c.*

9 Nec ſinè firmiſſimo fulcro, Sapientiſſimus ille Cęſar ſic aiebat: Siquidem aduenturi ſunt dies illi, in quibus O homani peruerretur Imperium, Sāctaque Ieruſalem, priſtinæ reſtituta libertati, ſuam vindicabit dignitatem; Pro certo verò credimus, hoſcè dies quàm fælicisſimos, & ſuſpiratos, aduenturos tunc fore, cum diſruptis inter Chriſtianos Principes bellorum

in-

inuolucris, Chriſtianoque orbi pace donata, mutuò demum colligati, in Tartaros, & Othomanos irruerint, ſymbolico quidem ſenſu, pijs, glorioſiſque adhęſcrint certaminibus: Tale eſt *Zaccharia* Vaticinium *cap.* 8. *verſ.* 10. *ad* 16. cuius anteriori *cap.* meminimus.

Superbia in Principe Reprahenſibilis, & noxia.

CAP. XX.

1 HAc eadem Opuſculi noſtri ſerie *cap.* 1 *num.* 9. 10. & 11. ex appoſito oſtendimus, quam ad dilatanda Imperia, continendoſque in officio Populos, collimet, modeſtia imperare; modò verò, nè quæ ibi retulimus, hoc loco congeminare videremur, morale, politicumuè *D. Gregor.* monitum recenſere, operæ pretium duximus, qui *lib.* 26. *Moral. cap.* 19. inquit quòd *ſubtiliſſima, tutiſſimaque Principum viuendi ars eſt, culmen tenere, & gloriam premere eſſe quidem in potentia ſed potentem ſe neſcire.*

2 Profectò nullam in Principe ſtabilem, ſuperbiendi cauſam inuenimus;

mus; ſuam ſiquidem ſi inſpiciat perſonam, licèt ſuprà hominũ millia ſe præſtantem noſcat, tamen reminiſcatur opus eſt, moniti *Placidæ ad coniugem Theodoſium Imperatorem*, dicentis: *Cogita te vt priuatum hominem eſſe, atque præ cæteris tibi gubernacula tradita ſcito, non vt ſuperbires, ſed vt te hominem cogitares, varijs, ſuprà cæteros fragilitatibus obnoxium.*

3 Si propitiam, ſibique prodigam perpendat, & experiatur fortunam, peroptimum *Publij* dictum, menti recolendum ei erit, quòd, *fortuna vitrea eſt, quæ cum ſplendeat, frangitur.* Principes inquàm, cum vberioribus fauoribus, à fortuna ſe ipſos præcurri noſcunt, tunc eos vehementius metuere decet, iuxtà ſententiam *Beſold. de Increm. Imper. cap. 3. num. 6.* dicentis: *Quò Princeps potentior eſt, eò formidare de aduerſa fortuna, vehementiùs debet.* De qua re exemplum habemus Xerſis potentiſſimi Regis apud *Valer. Maxim. lib. 7. cap. 5.* Vndè *Sophocles* potiſſimum de fortunæ inſtabilitate metuendum cecinit, his carminibus.

Fortuna namque erigit, & eadem deprimit.
Fælicem, & infælicem: & augur nullus eſt.

Qui

4 Spiſlæ, plurimęque Victoriæ, ſuperbiendi cauſam nec tribuunt, ſed potiùs metuendi, verendum namque eſt, nè in funeſtiſſimas cupreſſus, protinùs palmæ conuertantur. *Anibal* æternæ memoriæ miles, ſic dicere ſolebat: *Maiorem Victoriarum fortunam, minùs eſſe tutam.* Rex quoque *Archidamus*, talia ſuis memorabat Spartanis: *Propterea ſoli nos, neque rebus ſecundis ſuperbimus, & aduerſis, minus quàm cæteri conſternamur, neque laudibus nos incitantium ad difficiliora, quàm nobis videantur capeſſenda, erigimur voluptate.* teſte *Tucidide lib. 1. num. 56. ſol. 46.* Romana denique Reſp. hac præſertim politica arte præſtitit, vt nec pro Victorijs, nec pro egregiè geſtis prorsùs ſuperbiret; *Quirites enim* (teſte *Liu. lib. 10.*) *victi, nunquam animum, nec Victores, modeſtiam amiſerunt.* cuius rei memor quoque eſt *Plutarch. in Vit. Scipion.*

5 Denique Imperij quoque amplitudo, parentiumque multitudo, metuēdi cauſa eſt, haud verò intumeſcendi, quò enim magno, diffuſoque Imperio Princeps potitur, eò intelligat magis ad ſeruiendū teneri; Regnū namq; ha-

bere, nobilis ſeruitus nuncupatur: Quinimò quò magis expanditur, eò faciliùs decidit *Valer. Max.* & *Beſold. loc. cit.* Nam ſicut grandiora corpora ſunt ad malum procliuiora, quia partes extremæ, aut ſufficiens non recipiũt alimentum, aut ſi ſufficiens attrahunt, repentè nobiliores partes attenuantur; Sic Imperium quàm ampliſſimum, faciliùs curuatur, *nàm mole ruit ſua;* ſicut de Romano Imperio dicebat *Saluſt. de Rep. ordin. epiſt.* 1. memoratuſq; *Anibal*, admonebat, quòd *maius Imperium faciliùs labitur. Saluian. lib. 7. fol. 234.* Vndè *Lucan.* canit.

Summiſque negatum
Stare diu.

6 Hinc *Venul. diſſert. 7. orat. 1. fol. 373.* alludens ad vaſtitatem Othomanici Imperij, illud hac ratione citò caſurum putat, noſque omnes Fideles, his verbis conſolatur: *Ea hodiè Turcici Imperij conditio eſt, vt cum ſummum humanæ gloriæ culmen attigerit, & in eam ſe ſe amplitudinem, quanta ſperari, & vi armorum, poteſt obtineri diffuderit, iam ſtet ſua mole nixum, nec aliud reſtat, quàm vt paulatim ſubſidat, & in occaſum exitumque vergat; metam attigit, nec vltrà datur; creuit*

ha-

hactenus, in poſterum decreſcet, imò cùm ſtet hodie ſupereſt, vt cadat.

7 Veritatem hanc, ea politica ratione ratam habeo, nam Regna cuncta, non alio, quàm optimo conſeruantur regimine, quod ſuper peramplo Imperio exerceri, difficile cenſemus; Qui enim ad plurima, & grauia intentum habet, ad ſingula debiliùs incumbat neceſſe eſt; vndè carmen.

Pluribus intentus, minor eſt ad ſingula ſenſus.

Atque ideò, non benè regi, fragiliter tueri, & faciliter declinari oportet; ſic cenſuit *Ptholomeus Philadel. ſ. 392* dicẽs: *Permagna Imperia reginequeũt.* Quam ſententiam ſequuti ſunt, *Mydentorp. quaſt. 42.* & *Danc. in Aphoriſm. Politic. in Herodot. lib. 3. num. 19.*

8

Ettereà, qui diffuſo potitur Imperio, metuere hoſtium inſidias negligit, quin illos qualeſcumque ſint, contemnere, velut debiliores gloriatur; Id quod planè exitioſum nimis reputamus; tunc enim, cum ſe Princeps nemini comparandum autumat, diſcriminibus Imperium exponit, & cum nimiùm ſuę tribuit potentiæ, hoſtes reddit robuſtiores, iuxtà illud *Quin-*

tilian. lib.1.cap.3. Itaque ex hoſtium ſuperbiſſimo contemptu, miſerrima auocatur, & properatur ruina, teſte *Liui. decad.3. lib.10.*

9 Rurſùs magnum vnius Imperium, excitat in cæteros Principes inuidiam, qua efflante, bella ad vſurpationem indicuntur, Idque arbitror ſenſiſſe *Senecam* dicentem: *Inuiſa nunquam Imperia detinentur diù. in Thebaid. act.4.*

10 Denique, cum Deus peculiari quadam prouidentia, ſuperbis obſiſtat, eiſdem cunctas creaturas aduerſari nõ deſinunt, ad Creatoris inclinationem; vt proindè ſubditi primùm, dehinc amici, poſtmodum finitimi, remotiſſimi quoque Principes, omnes denique fœdere colligati, intumeſcentem è ſolio deſilire ſtudeant.

11 Itaque præ omnibus virtutibus, potiſſima ad Imperia conſeruanda eſt, vt procul ſit à Principis Maieſtate ſuperbia, & quò peramplum habet imperium, eò in modeſtia regere intelligat, prę ſertim verò finitimorum Principũ (qualeſcumque ſint) amicitia, & magnipẽſio, politicè ſit ei commendata, modeſtamque timoris curam non negligat; hęc enim duo tranquillitati collimant,

&

& Imperio firmisſima iactant fundamenta.

12 Concludimus cum *Comine.cap.* 21.32.& 63. Vir iſte de Politica Scientia ſuprà cæteros optimè meritus, ſuperbiæ notam in Principe vehementer deteſtatur; *quia ſuperbia* (ſentẽtioſisſimè, inquit) *anteit ruinam, eſtque illius proximè ventura inditium certiſſimum.*

13 Animaduertimus tamen, vt tãtùm Princeps timoris concipiat, quantum ad temperandam ſuperbiam ſuppetat: cæterùm, abſolutè metuere, vitioſum quoque eſt, Idque generoſo Principi haud conuenit, quin in euidens Imperij diſpendium vergit; vt meritò omnes Politici moneant; *Malum Imperij cuſtodem eſſe metum.* teſte *Beſſar. orat.2.Bell.tom.1.diſcurſ.27.fol.362.* & ad idem *Cic.lib.3.epiſt.famil.* 3. docet: *Quod plus in metuendo mali ſit, quàm in illo ipſo, quod timetur.* vndè *Ouid.in Ariad.* ſic cecinit.

Occurrunt animo pereundi mille figuræ.
Morſque minus pœnæ, quàm mora mortis habet.

Et alibi idem *Ouid.in Faſt.*

Vires ſubtrahit ipſe timor.

Et

Et *Lucret. lib. 4.*

Abſtulerat vires corporis ipſe timor.

Viuet ergò quàm fælicisſimus Princeps, in modeſto Imperio, & moderato timore, ſi oblatā ſuperbiendi anſam, & inclinationem euitet, aut deprimat.

Ad Matrimonium Princeps, quàm celeriùs ducendus hortanduſque eſt, & Quarè.

CAP. XXI.

1 ADhærere Sacro Nuptiali Thalamo, Principem quātò citius fieri poſſit decet, ſic mentem tranquillam, ſic ſana conſilia, ſic deniq; optatiſſimam, multiplicemque prolem ſortietur: Hæc in Principe potiſſimum exigitur, & ad commune ſolatium, à deuotiſſimis Populis, pari voto expectatur.

2 Quod prænoſcens Inuictiſſimus Carolus V. hac præſertim ſuſcipiendæ prolis ratione, Sereniſſimum filium ſuum, ad fæliciſſimas, celereſque hortabatur nuptias, *in monit. Auguſtan.* §. 58. dicens. *La coſa que mas entretie-*

ne

ne à los Vaſſallos, y ſubditos de qual-quier naçiō que ſean, en la fidelidad de ſus Señores. es de veer que tienen hijos, en quien conſiſte la firmeza, y eſtabilidad de los eſtados.

3 Mihi verò idem planè præceptū, hac etiam ratione fulciri poſſe videtur, vt cum permagni Principum luxus, carnis incitamenta prouocare, neceſſaria quadam ſeductione exiſtimemus, ideò nè his ſtimulis, aut vrantur, aut illecebri copula ſatisdent, occurri eis celeri coniugo oportet: Defatigari enim inter ſenſus anguſtias, malum; at illicitis adhærere copulis, peſſimum eſt; Illud mentem turbat, & paſſionibus vrget, hoc inquàm Deum lædit, & Principis culmen, moreſq; fędat.

4 Sic Politicum, Religioſi Principis ſtatum decere arbitramur, niſi fidem à Sacris abſtrahamus hiſtorijs; Salomon enim, Rex præcæteris infuſa Sapientia præſtantior, qui mirificum Deo extruxerat Templum, adeò concubinarum illecebris adhæſit, vt Idola erexerit, eaque thure adoleret *Reg. 3. cap. 11. & cap Salomon quippè, 32. q. 4.* Dauid Rex iuſtus, pro incontinencia carnis, iniuſtitias perpatrauit fædiſſimas, adulterio, & adulteræ viricidio

ad-

Digitized by Google

admiſſo, *Reg.* 11. Samſon denique vir fortisſimus, hac quoque labe captus, ludibrio in mola aſinaria alligatus extitit à Philiſtęis *Iudic. cap.* 15.

5 Et ſi *Valer. Max.* credamus: *Duobus maximè* (inquit ipse *lib.* 4. *cap.* 3.) *Remp. collabi ſolere, Venere ſcilicèt, & cupiditate eorum, qui praſunt.*

6 Quid luxuria non conſternit? Conſilia turbat, altos, & generoſos ſpiritus frangit, & à magnis cogitationibus, mentem ad humillimas retrahit: Ad luxuriam cuncta fermè mala, Theologi, & Politici reuocant, quò enim delectum prębet, omnium planè vehementiſſimum, eò animum ad res abſtrahit, ab intellectualibus remotiſſimas, & abiectiſſimas, in eaſque totum hominem immergit; Vndè *Senec. in præfat. lib.* 7. *declamat.* nil eſse inquit, quod magis animum in varias diſſipet partes, quàm luxuria; Superiores ſiquidem, Principeſque potentias iugulat, & ſuffocat, mentiſque oculos, caligine obducit; vt meritò Venerem dici, quidam arbitrati ſunt, à Vè, ideſt, ſine, & nus, ideſt, mente, rationem enim, intellectumque hebetat, & eneruat.

7 Ergò neque benè regere, nec ſuper Imperij mole, qua opus eſt pruden-

tia,

tia, & arte conſpicere quibit, Princeps luxurijs inuolutus. Populus ſanè cui dominatur, Impuritatibus quoque, & laſciuijs bacchans conſpicietur, quia luxuriantem Principem inuitari, in gloriam fœdiſſimè vſurpabit; Quo facto, ecce lues magna in Rep. accenſa, illi exterminium properans, nàm præter *Cic.* monitum *loc. cit. liui.* quoque eidem adhæſit ſententiæ, *lib. 34. fol. 69.* dicens. *Peſtes Reip ſunt, auaritia, & luxuria, quæ Magna Imperia euerterunt* Nec mirum ſi de Imperij euerſione dubitat *Liui.* accenſa enim libidinis flamma, ſtatim Religio corruit, ſternitur diſciplina, corruptique Ciuium mores, cuncta in Remp. auocant mala, *Midentor. queſt.* 8.

8 Ad hęc ergò animaduertens, vnum ſemper abhorrui, quòd in quadã conſpicua Ciuitate, temeratis Sanctiſſimis Patrię legibus, aditus meretricibus detur, loca omnia indiſcriminatim fræquentandi, ea præſertim, quę ad ſolatium Matronarum, honeſtarumque Mulierum, atque Virorum, deſtinata ſunt, vtpote (exempli gratia) eſſent in hac Neapolis Ciuitate, Regio Toletana, Regalis Palatij, Caſtrique noui, ac Lucullani area, cæteraque maritima, à

mo-

mole magna, ad Pauſilippum, quæ leniendi animi ergò, æſtiuis præcipuè diebus parantur, & publico ære irrigãtur: Hinc ſcandala, & abſurda plurima emergunt, nam relaxæ illæ mulierculæ, curribus impudentiſſimè inſedentes, ac cum honeſtis commixtæ, honeſtas faſtu æmulari, illarumque æſtimationem, ſibi vſurpare conantur; vt demum, quæ verè honeſtæ ſunt, propriæ pudicitiæ morem gerentes, ab eo ſolatio meritò auertantur.

9 Quin etiam, plurimi ſunt viri probi, quos vrgens occaſio, illarumque meretricum artes, motus, & faſtus, nec volentes, trahunt ad libidinem, quod monitum habemus *Prouerb.7.verſ.*10. in illis verbis: *Et ecce occurrit illi mulier, ornatu meretricio præparata, ad decipiendas animas garrula, & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxtà angulos inſidiãs:* Hæ ſiquidem mulieres, quò ſe naturæ dotibus pollere noſcunt, eò intumeſcũt, vt niſi eis ſplendidior cultus largiatur, debito quodam ſibi ſtipendio defraudatas ſe credant.

10 Hęc quidem, cęteraque plurima, & ſanè maioris momenti abſurda,

non

non euenirent, ſi Religioſa Politica, aſperis iniungeretur pænis, quidem inremiſſibilibus, nè Meretrices, ſuarum trangrediantur domorum limites, paucis matutinis horis exceptis; licèt enim Sanctiſſimæ leges, vt maioribus occurrant Scandalis, Meretrices intrà Vrbis ſepta permittant, id tamen, quò cautius fieri poteſt, & quò minus honeſtatis gloria lędatur, intelligamus oportet; Itaque nè legum conſternatur intentio, ità cum Meretricibus agi decet, ne artibus ſuis, quàm relaxis, continentes, proboſque Viros, in fomitem trahant, ſuoque publico commercio, bonos in malos, maloſque vertant in peſſimos.

De

De Protectione Imbecillium, eorumque tuitione, à Potentib; & depreſſorib;

CAP. XXII.

1 SVper egenis intelligere, licèt religioſiſſimum conſilium ſit, cunctis quidèm Chriſti fidelibus opibus præcipuè pollentibus commune; quin ſi *D. Ambroſ.* credamus *in 2. Chorinth. cap. 9 & 10.* velut in præceptum ſuſcipiendum eſt. *Omnia* (inquit) *Dei ſunt, & ſemina, & naſcentia, Dei nutu creſcunt, & multiplicantur ad vſus hominum, Deus ergò qui hæc dat, ipſe iubet de his communicari iis, qui indigent, &c.*

2 Principem tamen ſpeciali, enixaque cura decet, pauperibus præſtò eſſe, ſuperque illis velùt *Pater* inſtare; hoc regium poſcit munus, ſuper hoc Religioſa Maieſtas incumbat, iuxtà monitum D. Ludouici Gallorum Regis, qui ſic filio ſuo iniunxit. *Fili Religioſus inprimis ergà Deum eſtò, benignus, & liberalis cum egenis*, teſte *Bodin. lib. 6. de Rep. cap. 2. fol. 1025.*

3 At huic præcepto, haud ſatis de-

diſſe

diſse *Principes* arbitramur, quod eleemoſynarios Miniſtros, certamque pecuniarum metam, eam in cauſam, pijſſimè dietim conferant; Non enim illorum tantum egenorum cura ſuſcipiẽda eſt, qui alimonia omninò carent, aut quorum prouentus, ad diurna, non ſuppetunt cibaria (cum hoc vulgaris Charitatis ſit opus) ſed integro *Populi*, *Plebis*, humiliumq; perſonarum imbecillo cætui, ſtudio fauere oportet, nè huius generis homines, à *Potentioribus* conculcentur, in ſupremæ authoritatis diſpendium.

4 Et ſanè ſi thæſim hanc, abſtracta Religioſitate diſcutiamus, illam Politico Regimini, nimium collimare inueniemus: Regium enim læditur culmen, ac peroptimum illius Regimen, mox in exitioſum, & repræhenſibile vertitur, quòd imbecilles à Potentioribus viliſſimè haberi, quodque mediocres, in duriſſimam nobilium ſeruitutem redigi conſpiciat, atque ſinat.

5 Id enim Principi potiſſimum perſuaſum eſſe debet, nil magis ſeditioſos, factioſoſque furores accendere, quàm impatientiſſima populi, & Plebis inuidia, quod nobiliores pręſint, hique ordinata quadam ratione, præcipua

cipua ſubſtineant munera, & inſita à natura claritate, ſuprà cæteros præfulgeant. Quid ergò eſſet, ſi his, quæ nihil exceſſus præ ſe ferunt, nobilium tyrannides, vſurpationes, inſultuſque adderentur?

6 Hac igitur ratione, eximius vir ille, de Politica Scientia optimè meritus, *Gallus* inquā *Brittannus, in ſua ſecretiſſima Politic. Inſtruct. §. 33. circà fin.* Federicum V. Comitem Palatinum Electorem admonuit, vt ſi ſe Principem cenſeri cuperet, Plebis prius ſe faceret Tribunum, beneuolumque Protectorem, Patriciorum verò faſtum, inſolentias, iniurias, & contumelias vlcisci curaret, aùt ſe vlturum ſimularet.

7 Hac etiam ratione, Romana Reſp. ad celſitudinis faſtigium euecta fuit, quod de populo, & *Plebe*, talem ſuſceperit ſtudioſiſſimam curam, vt ſi quid contentioſum, inter Plebem, & Patricios contigiſſet, apud eam fauorabilior ſempèr fuerit humilium conditio; Vndè *Valer. Max. lib. 4. cap. 4.* teſtatur, *Maluiſſe Remp. pauperes, in diuites, quam diuites in pauperes, Imperio verſari.*

8 Quod, & ipſimet Patricij, nobiles-

leſque viri prænoſcentes, Popula ribus anteire, virtute, bona fama, factiſque fortibus ſtudebant, non verò grauaminibus, & imperioſo contemptu. *Saluſ. de Rep. ordin. cap. 2.* acriq; curā incumbebant, vt inter ipſos nobiles, illuſtre armorum robur, literæque Vberius excreſcerēt, nè apud populares & Plebeos, (vt noſtris experimur temporibus) longè magis pręſtare viderētur, meliora dumtaxàt ęmulantes.

9 Quid ergò, nunc dicerent Romani *Patres*, vetuſtique Quirites, ſi in noſtra incidiſſent tempora, in quibus (horret quidem,) in nonnullis Orbis regionibus, ab his noſtris remotiſſimis, in comperto eſt, feudatarios, proceres, & Barones, (& ſi multos peroptimos excipiamus) tot Regulos, aſperimoſq; homines experiri, ſubditorum, & humilium Colla, angarijs, Rapinis, iniuriiſque comprimentes, iugulantes.

10 Quid etiam dicerent, ſi ferinam perciperent immanitatem, qua nec rarò ijdem ad mutuam cōtumeliam, mutuāque rabiem eructandam, ſathanica quadam politica, alterutrius miſerrimos vaſallos, viros agreſtes, panem ſibi in ſudore vindicantes, quodue peius, omninò innoxios, vel aſperrimis verberibus

bus, aùt membrorum mutilatione afficiunt, quandòque demum lachrymabilitèr confodiunt; Quodque viri, adeò immanes, ſceleſtique reperiantur, qui fæditatem hanc ſędiſſimam, politicè conſulant, mandent, aut peſſimo opere, perficiant.

11 *P*lanè Maceries hæc, inferendæ, vel vindicandæ ſcilicèt iniuriæ, nè dum Atheorum, ſed indoctiſſimorum quoque virorum, eſt adinuentum, ea forſsè ratione, quod incuſſam ſeruis iniuriam, velùt in dominos iniectam arbitrentur: Id quod ipſe, licèt tanquam veriſsimum iuris *P*rincipium admittá vt in Domini contumeliam, ſerui vergat iniuria, ex *tex. in* §. *ſeruis, Inſtit. de iniurijs*. Miremur tamen inceſſanter oportet, quod hi *P*olitici, precarios quos habent à Rege vaſallos, eſſe velut ſeruos cenſeant; Serui namque verbum, ad illos adaptatur, qui noſtrę pleniſſimæ ſeruituti addicti ſunt, quos mancipia appellamus: Itaque cum huiuſmodi non ſit Vaſallorum conditio, nulla per conſequens, nec infertur, nec vindicatur iniuria, atrociſſima immanitate illa, viciſſim reddita.

12 Quin potiùs veriùs eſſe crederem, fædiſſimam vindictam illam, grauiſ-

niſſima iniuriæ nota, ipſos met afficere, qui talia perpatrantur, quod in miſerrimos agreſtes viros, ſua irruerint potentia; Memores quæsò ſint, patientiſſimi Iob, qui demum de Deo ſic conquerebatur. *Contrà folium, quod vento rapitur, oſtendis potentiam tuam, & ſtipulam ſiccam perſequeris. Iob.* 13.

13 *Patriæ* quoque leges, tranſuerſales iniurias, velùt peſſimas, & verè infames, atrociſſimè puniunt; Itaque ſi quis *Patrem* pro filio, & è conuerſo; fratrem pro fratre, coniunctum, pro coniuncto, offendere auderet, pro criminis immanitate, in innoxium patrata, ſtrictiùs plecteretur, nè alterius odio quiſquam pergrauari contingat; Qua ergò longè ſtrictiori pæna, memoratum facinus cohiberi oportet, ſi perpendamus, quòd plus habeat, Pater, Frater, aut coniunctus, in negotijs filij, fratris, aut coniuncti, quàm habeant miſerrimi vaſalli, in negotijs Domini.

14 Aptiſſimè hoc loco recenſeri poſse arbitratus ſum, veterem illam controuerſiam, an Baro malè agens cũ ſuis vaſallis, feudo priuari, an potiùs illud vendere cogi debeat? Pro qua nullum vnquam dubitandi firmum reperiri motiuum, quo omnimodæ amiſſio-

nis

nis pęna cuadatur; Sic mihi apertiſſimè probari videtur à contrario ſenſu, ex *tex. in cap. Domino committente, tit. ſi de feud. deſunt. Milit. contr. fuer. & in cap. 1. qual. Dom. propriet. feud. priuet.* Sic idem ſuadet, Regni *conſtitutio ſi vaſallus*; Ità demùm ſenſiere poſt *Andre. Grammat.* & alios, duo viri patricij, doctiſſimique, nempè *Reg. de Pont. deciſ. 16. in fin.* & *Reg. Capyc. Latr. deciſ. 168. num. 5.* nihil penitùs remorante, quod in contrarium ponderetur *tex. in §. fin. Inſtit. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.* ibi enim de ſeruo ſermo eſt, qui in pleno Dominio detinetur, non velùt feuda, quę tanquàm Regis beneficia, à Baronibus, quaſi pręcario poſſidentur.

15 Æquitas uerò quam itidem pro contraria ſententia. *Pont. & Capyc. Latr.* ponderant (horum doctiſſimorũ Virorum cenſura) pręter eſſe iuris rationem exiſtimo. Haud enim iuri collimat, quòd æquitatis beneficio potiantur illi, qui in iuſtitiam, & æquitatem, tot uicibus peccare auſi ſunt, ut proindè perperam, æquitatis beneficium implorent, qui ęquitatem nullam ſeruarũt; argumento *tex. in l. auxilium in fin. ff. de Minor. cap. bona Memoria, & cap.*

du-

Digitized by Google

dudum de elect. Vndè inoleuit, vt rigor ſcriptus adinuentæ æquitati præferatur, *l.* 1. *Cod. de legib.*

16 Saluberrimum itaq; his abſurdis foret medicamen, ſi ſublatis Doctorum iurgijs, & contentionibus vnica edictali lege ſanciretur, quod Barones pro exceſſibus in vaſallos feudis priuentur: Hac ſanè lege, ſtatim fieret, vt aut nullus foret malus aut quot mali, matura cunctatione noſcerentur, totidem Curiæ feuda aperirentur, non ſine maxima Diuini Culminis gloria, Regię Maieſtatis decore, Regalis patrimonij incremento, & iugulatorum propè Vaſallorum profectu.

17 Politico-legalis concluſio eſt, vt illata ſubditis à ſuperiore iniuria, acriùs puniatur, in abuſæ poteſtatis pænam, ſub cuius velamine, tyrannicum ductum eſt inſtitutum; Doctiſſimus *Bonadill. Polit. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 31.

18 Itaque non eò tantum tendit præceptum, quo Principes ſuper egenos, & pauperes intelligere ſtrictè tenentur, vt profuſioribus eleemoſynis, eis præſtò ſint, ſed potiſſimũ, nè pauperes, imbecillioreſque viri, à potentioribus conculcentur, quod manifeſtè docuit *Ariſt. lib* 5. *Polit. cap.* 10. dicens: *Reges*

cuſtodiæ, defenſioniſque cauſa conſtitutos eſſe, vt & locupletes ab iniurijs prohibeant, & inopum multitudinem, contrà locupletum iniurioſas manus tueãtur; Vndè *Heſiod.* cecinit.

Hoc vno Reges, olim ſunt fine creati.
Dicere ius læſis, iniuſtaque tollere facta.

Et Virgilius. Regiam eſſe artem cenſuit, in ſuperbos irruere, dicens.

Hæ ſibi erunt artes paciſque imponere morem.
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

19 Hac eadem planè ratione, nec deſinā eſſe monitum, vt qua cura Principes, debiliorum, & humilium cauſas conſpicere, eadem, quin, & longè maiori, Nobilium, & Feudatariorum partes fouere debent. Nos quidem, qui plurimos in forenſi paleſtra annos exegimus, non ſemel debiti Dominis obſequij, & reuerentiæ fines, temeratos, violatoſque vidimus, à ſubditis viris procacibus, & petulantibus, qui iniuſtis quærimonijs, monopolijs, & impoſturis, in illos, temerè conſpirant, & calumnias impingunt: In hos planè, prò auſu, & contumelia, animaduerten-

tendum fore ius poſtulat, vt quo rigore in Dominos, Vaſallos iniuſtè vexantes; vtendum demonſtrauimus; eodem, & maiori, in Vaſallos ſuos calumniantes Dominos, zelo irruatur, correlatiuorum enim, & æqualitatis ratio, ſic dictat, teſte *Gaill. lib.* 1. *obſer. cap.* 17. *n.* 6. *&* 7. qui ad hoc allegat *tex. in l. ſi ſeruus* 4. *in fin. C. de his qui ad Eccleſ. confug.* in illis notabilibus verbis *Si is qui ex ſtatu ſeruili in hoſtilis, & homicidæ conditionem tranſilijt, ſit occiſus.*

20 Vnum tamèn mihi maximopere diſplicet, quod cum crebriores, & veroſimiliores, ſint vaſallorum oppreſſiones, quam illorum delatæ querimoniæ, & temeritates in dominos; ſepiſſimè hac ratione accidit, vt Baronibus à vaſallis calumniatis, receptarum, & imminentium impoſturarum credulitas, à Magiſtratibus denegetur, hinc innoxij quandoque Proceres, & feudatarij plectuntur, vel ferociſſimè defatigantur, iniquiſſimis inſilientibus ſubditis, quod eorum præualuerit implacabilis nequitia.

De adæquata, atque congrua Iubendi, & obſequendi ratione.

CAP. XXIII.

1 PRincipes nec legiſlatoriâ, iubendique poteſtate abuti, nec debito à ſubditis obſequio defraudari decet: Hinc hoc eodem noſtro opuſculo, *ſup. cap.* 2. mutuum diximus contractum eſſe, quo Principes benè regere, ſubditi verò eis obſequi, pactione quadam ſtrictiſſimè adſtringuntur, difficiliuſq; eſſe benè regere, quam perfectè obedire, eodem loco præoſtendimus, quaſi ſubditis abſolutum obſequẽdi inſit debitum, omni prorſus cunctatione poſthabita, quarè, qualiter, & quandiù obſequendum ſit.

2 Modò verò non abs re, ſuper prædictis tantiſper immorandum duximus, quippè quod tota Politica benè obſequendi, optimèqne imperandi rationem preſefert, & ſuper his diſtincta ſerie, noſtrum hoc loco inſtituemus ſermonem.

3 In primis ergò (quò ad temporale regimen attinet) naturali legi obſequa-

qua-

quamur oportet; hæc autem profectò ſuauis, & quàm rationabilis eſt, & à potentioribus clarior facta, vt ſecundùm proprium ordinem, maioribus minores pareant, *Alicat. lib. 2. Parad. cap. 2.*

4 Dehinc communi ſociali omniũ Ciuium pacto, naturali legi nimium cohærent, morẽ gerere neceſſe eſt; hoc quoque ſalubre, & dulciſſimum reputamus, vt quiſque ſuo contineatur ſtatu, illiuſque limites nequaquam excedat, ſed compoſito oridine viuat, ità vt quiſque ſuas expleat partes, & ad ea, quæ ad alios pertinent, manus temerè non imponat, iuxtà monitum *B. Dorothei*, dicentis. *Attende tibi, & tuam rem agito.* Alioqui, cum Ciuium viuendi ſymmetria violatur, nõ aliter eos eſſe, atque viuere in Ciuitate dicerentur, quã velut bruta in ſtabulo: Non enim ſolùm ſpectatur, quod plena Ciuibus Reſp. ſit, verùm id quoque, quod conſonantis, ordinatique organi more viuant. Quemadmodum nec ſatis eſt, quòd membrum corpori adhæreat, niſi proprium locum obtineat; hinc ſpiritum, corpus à Capite, quod ſuo iam ceſſit loco, non ſuſcipit: Itaque ſic etiam myſtico Reip. corpori euenire arbitra-

mur, vbi Ciues, ſciſſo viuendi ordine; ſua ſinguli non contenti ſorte, in aliorum meſſes, muneraque irruere incipiunt, ciuilem ſymmetriam peruertendo.

5 Poſt hæc, Principi honor, & obſequium, à ſubditis debetur, nec aliter quàm de condigno, vt ſentit *D. Thom. 2. 2. quæſt. 63. artic. 3. & quæſt. 102. artic. 1.* & docere videntur pleraque Sacra dicteria, illud potiſſimum, quo dicitur. *Omnis anima Superioribus poteſtatibus ſubdita ſit.* aliudque *Obedite præpoſitis veſtris.* ac illud denique *Regem honore afficite*; de quibus *Apoſt. ad hebre. 13. & ad Roma.* 13. & alibi in Sacra Scriptura; idque etiam ſi Princeps, Improbus, Sceleſtuſque eſſet, de qua re, paulò inferius.

6 Quin ab eo etiam ſubditi, enixa cura cauere debent, nè ipſi Principi tantiſper infenſi, moleſtique ſint, vt illum ad iram, & indignationem perducant, *Iauell. in Polit. Chriſt. tract. 5. cap. 3.*

7 Legibus tandem obtemperare compellimur; Vndè illud Poæticum.

Eſt legum ſeruanda fides, ſuprema poteſtas.
Quod mandat, fierique iubet parere neceſſe eſt.

Et

Et alibi.

Reſpice quid moneant leges, quid Curia mandet.

8 Et ſanè, leges intemeratè ſeruari, commune reſpicit incrementum, & Ciuium felicitatem; Sunt enim velut Reip. medicina, illiſque minimè parere, ità erit, ſi Medico ægrotus non pareat; legibus ergò, pax, & tranquillitas, omniſque exoptata ſalus in Ciuitate obtinetur. *citat. Iauell. de Ciuil. Conſil. cap. 3.*

9 Congruit igitur hoc loco, vt dicendę legis opportunas numeremus cōditiones; has referunt omnium potiſſimi *Ariſt. lib. 2. Polit. c. 3.* & *lib. 7. cap. 3.* & *Plato in Dialog. de Regn.* poſt hos verò, *tex. in Can. erit autem lex, diſtinct 4. D. Hiſidor. Archiep. Hiſpalenſ. lib. 2. ethimologi. cap. 20. Ludouic. Carbon. lib. 6. de legi.* & *Lali. Zecchi. de Princip. lib. 2. cap. 1. num. 11.* At noſter *Angelicus Doctor. 2. 2. quæſt 96.* omnes circumſtantias, ad tres potiſſimas reducit; Prima, vt lex ſit Religioni congruens. Secunda, vt ſit æqualis in commune bonum, humanam naturam, & morum compoſitionem. Tertia, vt circà illas perſonas, eaſque res dicatur, quæ ſub Legislatoris poteſtate, & Iuriſ-

riſ-

Digitized by Google

riſdictione ſunt; id quod ſequuntur etiam *Felyn. in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ,num.28.de Conſt. Sot. de Iuſti. & iur.quæſt.5.artic.3. & 4.* & alibi idẽ cit. *D. Thom.* & ſanè, quodcumque ex illis tribus non concurrat, lex vitioſa euadet; nam ſi prima deficiat, erit peruerſa; Si ſecunda, iniqua; Si tertia, ſuſpecta, temeraria, & vſurpata, quæ omnia doctiſſimè explicat *D. Io: Beltran. Guenar. in propugnac. Eccleſ. in §. primæ aſſer. à n.23. ad fin.*

10 Planè huius conditionis leges, Populis præſcribendæ ſunt, diſpoticumuè volitum, omninò deteſtati, Probum Principem decet, ab eoque præſertim cauere debet dicterio, quo libera, atque irregulata, ferendæ legis authoritas vſurpatаur, cùm dicitur.

Sic volo ſic Iubeo, ſiat pro lege voluntas.

Ad Atheos enim, Tyrannoſq; Principes refertur: Vt proindè ſciant Principes opus eſt, diſpotica huiuſmodi Placita, velut à ſua radice infecta, facilè, cum ipſius quoque Principis authoritate, contemni, atque derideri: nullius enim, aut modici momenti firmitatem obtinere merentur, iuxta illud *Verrin.*

Nul-

Digitized by Google

Nulla Tyrannorum vis diuturna fuit.

Quoniam ea omnia, quibus rectum conſilium, & adæquata agendi ratio nõ ſubeſt, nequeunt eſſe diuturna, ſed breui declinent oportet, *Dari. apud Q. Curt. lib. 3. orat. oda 3.*

11 Legibus itaque à recti, iuſtique norma regulatis, non autem Imperio vtendum eſt, vt proindè, præter ea, quæ à Theologis, & Canoniſtis didicimus, alia in ferendis legibus ſtatuunt monita Orthodoxi, pijque Politici, & potiſſimum animaduerſum volunt, quòd Diuinæ, & naturalis legis inſtar, quæ cenſuris carent, & de illarum rectitudine, diſputatio aliqua iuſtitui nequit, *cit. Ludouic. Carbon. d. tract. de legi. lib. 3. diſput. 3. & lib. 4. diſput. 3.* Sic hominum leges (fallibilitati alioqui obnoxiæ) ferantur oportet, vt quo minus poſſit, de illarum rectitudine, cunctandi, & diſputandi occaſio, Populo præbeatur, alitèr Principis culmen, & legum intemerata authoritas, vnà ſimul in diſcrimen collabentur.

12 Nam ſi inter plura Politicæ arcana, hoc præcipuũ reconditur, vt cunctari non liceat ſubditis, ſuper cauſis, & rationibus eorum, quæ imperantur,

 quòd

quòd monuit *Liui lib. 1. hiſtor. cap. 83. num. 6.* dicens. *Si vbi Imperatur, quærere ſingulis liceat, Imperium corrumpi;* Conſentaneum reputamus, vt huic cunctandi abſurdo, radix excidatur, legibus quàm iuſtiſſimis,

13 Quod profectò feliciſſimè euẽturum credimus, ſi Princeps in mentem ſuſcipiat, vt tales in ſubditos ferendæ leges ſint, quales ipſe met, ſi ſubditus foret, ſubſtineret; iuxtà illud naturæ, & Iuris principium. *Quod tibi non vis, alteri nè feceris.*

14 Quin licèt ſubditus non ſit, ſed Princeps legislator, non ideò ſe ipſum à legum vinculis abſolutum arbitretur. *Quod præcepiſti alijs* (inquit *D. Ambroſ. epiſ. 32. ad Valent. Imper.*). *præſcripſiſti & tibi; leges enim Imperator fert, quas primùm ipſe cuſtodiat.* Cui collimat ſententia *Regis Alphonſi Aragonei*, in eius ore fræquentiſſima. *Ineptè* (dicens) *agunt Princip. qui alijs honeſtè, beatèque viuendi leges præponunt, ipſi verò nihilo temperantiores, melioreſque ſe præbent.* teſte *Panor. lib. 2. de geſtis Regis Alphon.* & doctiſſimè cecinit *Auſon.*

Pareto legi, quiſquis legèm ſanxeris;

Et

Et ſanè efficaciſſimum remedium eſt, ad legum authoritatem, incolumem, ſarctamque ſeruandam, ipſum Principem, leges quàm aſperiores, ſeruantem conſpicere, iuxtà ſenſum *Cic. ad Q. frat. epiſt. 1.* dicentis. *nihil eſſe negotij, continere eos quibus preſis, ſi te ipſum contineas.*

15 Generaleq; eſt ad Probos Principes monitum, vt ipſi primùm ſibi, ſuiſque affectibus, & paſſionibus imperent, ſi optimo cupiant Imperio potiri, ſic dicebat *Sapiens Prouerb. 16.* ibi. *Qui dominatur animo ſuo, melior eſt expugnatore Vrbium.* Ità etiam *Senec. epiſ. 113.* his verbis. *Imperare ſibi, maximum eſt Imperium.* ità quoque *D. Vincent. Ferrer. de vit. Spiritual. cap. 3.* hac periodo *Qui ſperiorem non habet, ſibi ipſi imperet, neceſſe eſt.* Sic rurſus memoratus *Aragoneus Rex. Nil magis* (inquiens) *rationi diſſonum eſſe, quam ſi quis alijs imperaret, qui ſuis paſſionibus imperare non poſſet.* Sic pariter cenſuit, Magnus ille Cardinalis Petrus Altobrandinus, qui interrogatus à Regina Margherita Aragonea; *Quis nam Regum omnium, videretur ſibi maximus?* Reſpondit. *Eum qui libentius ſibi, quàm alijs imperat.* Sic de-

denique idem præceptum, his carminibus *Claudianus* edocuit.

Tunc omnia iura tenebis,
Cum poteris Rex eſſe tui.

16 Quoniam verò diximus, non eſſe à ſubditis cunctandum, ſuper his, quæ imperantur, ex *Liui.* & Principi quamuis imbrobo parendum, ex *Apoſt.* ſententia, quam referunt *Card. Gaet.* & cæteri apud *Leſſi. de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 4. operæ pretium duxi, ſuper huius propoſitionis veritate tantiſper immorari; eam enim licèt veriſſimam arbitremur, hac præſertim ratione, quòd obedientiæ virtus cæca ſit, atque prompta; Nihilominus ſi tale quid fortè præciperetur, quod in Dei offenſam, & animarum exitium vergat, tunc ſubditi parere non debent, quia obedientia Deo debita, limitat obedientiam debitam hominibus; Itaque obtemperandum Principibus dumtaxàt eſt, ſi imperent ſeruantes illam ſubordinationem Deo in communi debitam; vt meritò illud *Apoſt. ad Coloſ.* 3. cæteraq; Sacra monita, quibus Præpoſitis obediendum eſſe ſancitur, in eum ſenſum capi oporteat, quo præ obedientia illa, nec Diuinæ Legi, nec ſanis moribus aduerſetur, nec quidem, cum modicæ, &

ve-

venialis culpæ incurſu; quod *Apoſtoli* in reſponſione ad Phariſæorum concilium inſinuarunt, dicentes. *Obedire oportet magis Deo, quàm hominibus act. c. 5.* & habetur *in Can. ſi Dominus 11. quæſt. 3. in cap. cum in Eccleſijs, de maior. & obed. & D. Thom. 2. 2. quæſt. 104 artic. 5. & 6.*

17 Malum enim, pro obedientia fieri non poteſt, bonum tamen intermitti debet, *Can. quid ergò mirum 1.1. quæſt. 3.*

18 Et de Iuliano improbo, & Apoſtata Imperatore fertur, quòd Chriſtianos ſub ſe habuerit milites, quibus cum diceret. *Producite aciem pro defenſione Reip. obediebant ei: cum autem diceret eis producite arma in Chriſtianos, tunc agnoſcebant Imperatorem Cæli,* vt dicitur *in Can. Iulianus, ead. 1.1. quæſt. 3.*

19 Prætereà ſi quid nimis arduum, moleſtumque à Principe præciperetur, aut peteretur, tunc ſanè, quomodò Subditi ſe cum eo gerere debeant, ſcire ſatis difficile reputatur. Si enim ei pareant, exitioſum; Sin oppugnent, periculoſum: Salubriùs tamen inter hæc duo, velut Scyllim, & Charibdim cēſetur, vt obſequi Subditi non ſtatim de-

li-

liberent, nè breui, aſperioribus parere compellantur.

19 Neminem enim quorundam rapaciſſimorum Principum conditio latet, vt exacto ſemel in arduis, magnique ponderis, & præiudicij negotijs, obſequio, non ibi eorum ſiſtat ambitio, ſed mox alia quàm grauiora poſtulare moliantur, quaſi qui prioribus facilè obtemperauit, nequeat poſterioribus obſiſtere; Vndè Brittanni, cùm iniurias à Romanis acceptas, & patienter toleratas, viciſſim, familiarique Sermone conferrent, ſic demum eximia dicebant animi triſtitia. *Nil profici patientia, niſi vt grauiora, tanquàm ex facili tolerantibus, imperentur.* teſte *Tacit. in vit. Agric. cap. 15. num. 2. & 3. & cap. 30. num. 5.*

20 Animaduerſum tamen id eſſe debet, nè arduis iuſſibus, temeris obſtaculis, ſubditi non parendum oſtendant, ſed arte, blandiſque modis; nam & ſi rationabiliter non obſequatur, de aſperis tamen non obſequendi medijs in ſubditos inquiri poſſet; nec enim ſemel euenit, vt quod iuſtum eſt, peſſimũ fiat, per malos modos, & quod perdendum non erat, miſerè hac via amittatur.

21 Vt

21 Vt mæritò, cunctis in rebus peragendis, modum attendendum eſſe generaliter doceat *Horat. lib. 1. Satyr. 1.* his carminibus.

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines.
Quos vltrà, citràque, nequit conſiſtere rectum.

22 Quo circà meminimus, quòd potiſſimũ de Populo ſiuè ſtultiſſima plebe, id accidit prædicari, vt modum nullum habeat, & quo ordine tractanda ſint negotia ignoret, imò quò ardua ſunt, eò ruſticis, aſperrimiſque ſe gerat modis; Vndè carmen.

Ruſtica progenies, neſcit habere modum.

23 Itaque tunc, cùm arduis, aſperiſque Principis iuſsibus, obſequendũ non eſſe, ſubditi arbitrantur, id exquiſita arte fieri oportet, ità vt, aut diſſimulare, aut moras ad deliberandum petere eligant; Vtrumque enim, cum grauis imminet iniuria, aut vrget periculum, ſalubre reputatur à *D. Gregor.* qui proindè conſulit, eſſe negotium in dies protrahendũ, non verò præcipitanter ſuper illo deliberandũ: Vtrumq; tamen ſit, cã ſubditi, cum Principe induſtriam adhibeant, vt negotium quod præcipitur,

non

non velut arduum, aut moleſtum eos ſuſcepiſſe oſtendant, ſed velut dubium; atque ità viam ſibi, ad ſano, penſatoque conſilio deliberandum aperiant, vnàque, ſimul Principi, atque ſubditis conſultum, proſpectumque foret; hi namque nec ſtatim arduis obſequi, illi autem nec temerè, & repentè petita abnegari viderentur; atq; demum ſubditi, pro dubia re, moræ beneficio mereri, potirique facilè valebunt; præ oculis hoc Politicum principium habentes, *quòd vbi affirmare periculoſum, negare autem non ſatis tutum, differre optimum remedium eſt, habent namq; parua, magna commoda mora.*

24 Suſceptis denique, tranſactiſque moris, ſi nullum ſubditi à tempore commodum obtinuiſſe conſpiciant, Princepſque ipſe, in eo quod ſemel poſtulauit perſeueret, tunc artibus quàm humillimis illum enixè rogatum habeant, vt hac vice, ſi non parendum deliberent eis ignoſcat, & condonet, in poſterum ſe cunctis obſequendum placitis, paratiſſimos proteſtari: At rurſus humillimè ſe ſe Principi ſubmittant, nec bona, nec ſpiritum habere, ſed omnia ipſius Principis eſſe, dulciſſimis, ſubmiſſiſque verbis diſſimulent, concinnis de-

deinde rationibus, eundem inſtrui ſatagant, quarè obſequendum eius placito non videatur.

24 Poſt tot tandem exquiſitæ, & præſtantiſſimæ reuerentiæ officia, ſi adhuc Princeps, in id quod poſtulauit inſtet, obſequendum magis, quàm à fidelitate deficiendum conſulimus, hac tamen arte, vt obedientiam deteſtationi coniunctam habuiſſe, & ægro animo paruiſſe demonſtrent, hac via ſaltim ſperantes, quòd aut exonerari, aut nouis aſperioribus non onerari placitis debeant.

De Venalitate officiorum Iuſtitiæ, quàm fœda, & Reprobata.

CAP. XXIV.

1 Maximum ſanè vitium, in omne Sæculum vetitum, licèt hominũ nequitia, ac inſita eorum ambitione ſatis propagatum, quo Iuſtitiæ officia, & dignitates, ad fœdiſſimam perducuntur mercaturam, Diuino, naturali, Canonico, Ciuilique iuri, Ethnicis, Religioſis, & Politicis viris diſplicere, non veremur; Velut enim ferociſſimus Draco, peſſimaque bellua eſt,

eſt, cuncta infeſtans, occidens, deuorans.

2. Iuri inquàm Diuino, mercaturæ hæc aduerſatur; Deus enim Iuſtitia eſt, ac inter duo potiſſima Dei attributa, Iuſtitia præponitur, orbi dono data, ac ad extrà largita, vt per homines, cum hominibus exerceretur: Itaque cum miniſtrandæ Iuſtitiæ munerum, venale commercium fit, ea ſibi homines temerè vſurpant, quæ Dei ſunt, quæuè à noſtro penitus diſtant dominio: Porrò iuri Diuino aduerſatur, quo viros probos eligi præcipitur, qui ſuper Populos intelligant, & iuſtitiam miniſtrent, *Exod. cap.* 18. in fine. *Salom.* 3. *Reg.* 43. *Ioſaphat.* 2. *Paralip.* 19. Vndè admiſſa venalitare, non amplius viri probi, quibus doctrina inſit, ſed viri diuites, quibus animus ad grandiora pretia offerenda ſuppetat, eligerentur: Demùm quia iure Diuino ſancitur, vt in his quæ à Dei pendent attributis, nulla ſit perſonarum exceptio *Deuteron.* 1. Sed nihil eſt, quod magis illis cohereat, quàm miniſtrandæ Iuſtitiæ Virtus, vndè fructus Dei Iuſtitia nuncupatur, *in Can. graue, in fin.* 35. *quæſt.* 9. Et Dei Symbolum, & Figuram, in Terris gerunt ij, qui Iuſtitiæ muneribus inſigniti ſunt

Can.

Can.nec is, is.quaſt.1. Can. non ſolum, & Can.qui malas, 23.quaſt.5. vt de eiſdem dicatur; *Dij eſtis.* Ergò hac ratione Diuino iuiri aduerſatur, ſi memorata officia venalia euadent: alias rationes, quibus hæc concluſio comprobatur, videto apud *Foller. de cenſi. rubr. Nicolaus Episcopus, nu.221. & 222.* quid quid in contrarium dicat *P. Molfeſ. ad noſtras Neapolitanas Conſuetud. part 1. quaſt.6.num.6.*

3 Natura quoque, venalitate iſta læditur: Illa enim ſi contrà naturantem naturam eſt, vt prædiximus, contrà naturatam quoque eſſe, fortiùs arbitramur: Rursùs Ethnici, Gentileſque viri, ac inter ipſos, complures legum latores, qui cuncta ad mores corripiendos, ac ad benè Regendi, viuendique finem pertinentia, quàm exquiſitè rimarunt, non alia ſuffulci ratione, quàm naturali, Iuſtitiæ munera, haud vendi poſſe ſtatuerunt, enixaque cura incumbuerunt, vt paulò inferius demonſtrabimus: Demùm Naturæ præceptum eſt, à gentiũ ciuilique lege pinguiùs effectum, in volumina protractum, ac velut Iuſtitiæ anima habitum, vt vnicuique quod ſuum eſt reddatur; quod ſanè præceptũ, lædi in comperto eſt, ſtatim atque memo-

morata venalitate, Iuſtitiæ officia, quibus danda eſſent denegantur, illiſque à quibus eripi decentiùs eſſet, largiuntur.

4 Si Diuino, naturalique Iuri abhorret, officia Iuſtitiæ eſſe venalia, id ipſum Iuri Canonico diſpliceat, neceſſe eſt; Sacri enim Canones, hanc, ſibi præſtantiam iure vſurpant, vt Diuinæ, & Naturalis legis Miniſtri, & exequtores appellentur, teſte *D. Gregor.* vt meritò, damnata ab his officiorum venalitas ab illis pari ſtudio coerceatur, ad *tex. in Can. quibuſdam 1. quæſt. 1.* vbi ea principalior præſignatur ratio, nè qui officia emerunt, in ipſa radice vitiati, *paratiores ſint alijs venundare quod, & ipſi emerunt*: Id ipſum, Paſtorali, peruigilique cura anxiùs cautum exoptans, Maximus ille Pontifex Pius V. (quē nuper Beatum Eccleſia declarauit) ſpeciali Sanctione vetuit, nè Iuſtitiæ officia eſſent venalia, vt ex eius *Bulla anni* 1571. cuius meminit *Nauarr. in Manual. cap. 25. num. 7. verſic. admonemus*; licèt nec ſinè animi mærore, Sanctiſſimam, atque Pijſſimam *Pij Coſtitutionem*, malè ſeruatam crediderit (iure an in iniuria videat ipſe) *Nigr. tract. de laudem. tom. 1. quæſt. 43. num. 40.*

5 Ius

5 Ius etiam Ciuile, tum *Digeſt.* tùm *Cod.* Munera Iuſtitiæ, venalia eſſe non tolerauit, ſed vetuit; audiamus *Modeſtinum* I. C. in *l. ſcire oportet 21. §. fin. ff. de tutor. & Cur. dat. ab his, &c.* ità alloquentem. *Semper autem maximè hoc obſeruent magiſtratus, nè creent eos, qui ſe ipſos volunt ingerere, vt creentur, quique pecuniam dant, hos enim, & pænæ obnoxios eſſe, lege promulgatum eſt.* quem *tex.* refert præcæteris *Nicol. Boer. deciſ. 149. num. 3.* Collimat ad idem, recenſius *ius Cod.* & *Imperatoris Theodoſij Conſtitutio*, in *l. Sancimus 6. C. ad leg. Iul. repetund.* vbi cum Iuramenti formula Magiſtratibus præſcriberetur, potiſſimum iurandum iniungitur. *Se pro adminiſtrationibus ſortiendis, neque dediſſe quippiam neque daturos vnquàm poſtmodū fore, ſiuè per ſe, ſiuè per interpoſitam perſonam, in fraudem legis Sacramentiq; aut venditionis, donationiſuè titulo, aut alio velamento cuiuſcumque contractus, &c.* & denique nouiſſimo *Authenticorum iure*, ſine pretio, aut mercede, præſtantiſſimum Præturæ vinculum ſuſcipiendum fore ſtatuitur, vt in *auth. vt Iudic. ſin. quoquo ſuffrag. in princ. ver. Hoc enim.*

6 Ita-

Itaque nè dum Religioſi legum latores, ſed veteres quoque I. C. viri Ethnici, & Gentiles, inter quos eſt *Modeſtinus*, Catholicam hanc veritatẽ, de reproba officiorum Iuſtitiæ venalitate, ſolo naturæ lumine præditi, agnouerunt; eodemque lumine Imperator Nero, Regiminis ſui initio, non ſe permiſſurum declarauit, quòd pretio, aut ambitu, officia adipiſcerentur, teſte *Cornel. Tacit. lib. 13. annal.* Anaſtaſius Auguſtus, introductam abuſu quodã, officiorum venalitatem, eradicari curauit, *Theod. Anagnoſt. in collect.* vbi ſimiliter teſtatur Martianum feciſſe, qui cum fuiſſet in Imperatorem acclamatus, atque electus, mox decreuit, nemini ſe magiſtratus pretio conceſſurum; & *Valer. Max. lib. 4. de pauper.* gentilium decurſa Sæcula commemorans, inquit: *Nihil eorum, quæ virtuti debentur, emere pecunia licebat.*

7 Quid ergò mirum ſi damnatam, vetitamque à Gentilibus officiorum mercaturam. Sacri quoque Scriptores, Sanctique Eccleſiæ Patres, & ipſi in eandem Zelo irruant; & inprimis *D. Chryſoſt. in Epiſt. Paul. ad Epheſ. Sermon 6.* Item *D. Gregor. Epiſ.* 110. & 111. *lib.* 7. Rursùs *D. Thom. opuſ.* 21. *in epiſ.*

epiſ. ad Duciſſ. Barbant. Sic etiam *Cardin Gaet. in Summ. verſic. Magiſtra rerum experientia*, & infinitis alijs omiſſis *Conrad. in Templ. Iudic. lib. 1. cap. 1. §. 3. num. 8. verſic. Abuſus tollere.*

8 Politici demùm omnes, qualeſcumque ſint, qui ſuper fælici, tranquilloque Reip. ſtatu meditantur, venalitatem officiorum Iuſtitiæ, damnẽt neceſſe eſt, ſi abſurda quidem plurima perpendent, quæ ex fædiſſima mercatura illa promanant, ſatis quidem eleganter ad partes conſiderata per *cit. Card. Gaet. in Summ. verb officiorum Sacularium venalitas, Sot. de Iuſt. & iur. lib. 3. quaſt 6. artic. 4. in reſp. ad 2 in 2. concluſ. Gregor Valent.*, *in Comment. ad D. Thom in 2. 2 quaſt 7. diſp. 5. princip. 2. quaſt. 5. in fin. Narbon. ad leg. Regi. lib. 2. tit 7. l. 31. gloſ. 16. num. 15. Martin Laudenſ. de offic. Dom. quaſt. 58. Decian. in tract. crim. lib. 8 cap. 38. num. 11.* & *Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1132. à num. 39.*

9 Potiſſima autem ſunt. Primum nam Principis conditio, turpi, fædoq quæſtu vileſcit *Azor. lib. 4. moral part. 3. cap. 7. verſic. Tertio quaritur.*

10 Se-

riſdictione ſunt; id quod ſequuntur etiam *Felyn. in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, num. 28. de Conſt. Sot. de Iuſti. & iur. quæſt. 5. artic. 3. & 4.* & alibi idē cit. *D. Thom.* & ſanè, quodcumque ex illis tribus non concurrat, lex vitioſa euadet; nam ſi prima deficiat, erit peruerſa; Si ſecunda, iniqua; Si tertia, ſuſpecta, temeraria, & vſurpata, quæ omnia doctiſſimè explicat *D. Io: Beltran. Guenar. in propugnac. Eccleſ. in §. prima aſſer. à n. 23. ad fin.*

10 Planè huius conditionis leges, Populis præſcribendę ſunt, diſpoticumuè volitum, omninò deteſtati, Probum Principem decet, ab eoque præſertim cauere debet dicterio, quo libera, atque irregulata, ferendæ legis authoritas vſurpataur, cùm dicitur.

Sic volo ſic Iubeo, ſiat pro lege voluntas.

Ad Atheos enim, Tyrannoſq; Principes refertur: Vt proindè ſciant Principes opus eſt, diſpotica huiuſmodi Placita, velut à ſua radice infecta, facilè, cum ipſius quoque Principis authoritate, contemni, atque derideri: nullius enim, aut modici momenti firmitatem obtinere merentur, iuxta illud *Verrin.*

Nul;

Nulla Tyrannorum vis diuturna fuit.

Quoniam ea omnia, quibus rectum conſilium, & adæquata agendi ratio nõ ſubeſt, nequeunt eſſe diuturna, ſed breui declinent oportet, *Dari. apud Q. Curt. lib. 3. orat. oda 3.*

11 Legibus itaque à recti, iuſtique norma regulatis, non autem Imperio vtendum eſt, vt proindè, præter ea, quæ à Theologis, & Canoniſtis didicimus, alia in ferendis legibus ſtatuunt monita Orthodoxi, pijque Politici, & potiſſimum animaduerſum volunt, quòd Diuinæ, & naturalis legis inſtar, quæ cenſuris carent, & de illarum rectitudine, diſputatio aliqua iuſtitui nequit, *cit. Ludouic. Carbon. d. tract. de legi. lib. 3. diſput. 3. & lib. 4. diſput. 3.* Sic hominum leges (fallibilitati alioqui obnoxiæ) ferantur oportet, vt quo minus poſſit, de illarum rectitudine, cunctandi, & diſputandi occaſio, Populo præbeatur, alitèr Principis culmen, & legum intemerata authoritas, vnà ſimul in diſcrimen collabentur.

12 Nam ſi inter plura Politicæ arcana, hoc præcipuũ reconditur, vt cunctari non liceat ſubditis, ſuper cauſis, & rationibus eorum, quæ imperantur,

quòd monuit *Liui. lib. 1. hiſtor. cap. 83. num. 6.* dicens. *Si vbi Imperatur, quærere ſingulis liceat, Imperium corrumpi;* Conſentaneum reputamus, vt huic cunctandi abſurdo, radix excidatur, legibus quàm iuſtiſſimis.

13 Quod profectò feliciſſimè euenturum credimus, ſi Princeps in mentem ſuſcipiat, vt tales in ſubditos ferendæ leges ſint, quales ipſe met, ſi ſubditus foret, ſubſtineret; iuxtà illud naturæ, & Iuris principium. *Quod tibi non vis, alteri nè feceris.*

14 Quin licèt ſubditus non ſit, ſed Princeps legiſlator, non ideò ſe ipſum, à legum vinculis abſolutum arbitretur. *Quod præcepiſti alijs* (inquit *D. Ambroſ. epiſ. 32. ad Valent. Imper.*). *præſcripſiſti & tibi; leges enim Imperator fert, quas primùm ipſe cuſtodiat.* Cui collimat ſententia *Regis Alphonſi Aragonei,* in eius ore fræquentiſſima. *Ineptè* (dicens) *agunt Princip. qui alijs honeſtè, beatèque viuendi leges præponunt, ipſi verò nihilo temperantiores, meliores que ſe præbent.* teſte *Panor. lib. 2. de geſtis Regis Alphon.* & doctiſſimè cecinit *Auſon.*

Pareto legi, quiſquis legèm ſanxeris,

Et

Et ſanè efficaciſſimum remedium eſt, ad legum authoritatem incolumem, ſarctamque ſeruandam, ipſum Principem, leges quàm aſperiores, ſeruantem conſpicere, iuxtà ſenſum *Cic. ad Q frat. epiſt.* 1. dicentis. *nihil eſſe negotij, continere eos quibus præſis, ſi te ipſum contineas.*

15 Generaleq; eſt ad Probos Principes monitum, vt ipſi primùm ſibi, ſuiſque affectibus, & paſſionibus imperent, ſi optimo cupiant Imperio potiri, ſic dicebat *Sapiens Prouerb.* 16. ibi. *Qui dominatur animo ſuo, melior eſt expugnatore Vrbium.* Ità etiam *Senec. epiſ.* 113. his verbis. *Imperare ſibi, maximum eſt Imperium.* ità quoque *D. Vincent. Ferrer. de vit. Spiritual. cap.* 3. hac periodo. *Qui ſperiorem non habet, ſibi ipſi imperet, neceſſe eſt.* Sic rurſus memoratus *Aragoneus Rex. Nil magis (inquiens) rationi diſſonum eſſe, quam ſi quis alijs imperaret, qui ſuis paſſionibus imperare non poſſet.* Sic pariter cenſuit, Magnus ille Cardinalis Petrus Altobrandinus, qui interrogatus à Regina Margherita Aragonea; *Quis nam Regum omnium, videretur ſibi maximus?* Reſpondit. *Eum qui libentius ſibi, quàm alijs imperat.* Sic

denique idem præceptum, his carmini-bus *Claudianus* edocuit.

Tunc omnia iura tenebis,
Cum poteris Rex eſſe tui.

16 Quoniam verò diximus, non eſſe à ſubditis cunctandum, ſuper his, quæ imperantur, ex *Liui.* & Principi quamuis imbrobo parendum, ex *Apoſt.* ſententia, quam referunt *Card. Gaet.* & cæteri apud *Leſſi. de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 4. operæ pretium duxi, ſuper huius propoſitionis veritate tantiſper immorari; eam enim licèt veriſſimam arbitremur, hac præſertim ratione, quòd obedientiæ virtus cæca ſit, atque prompta; Nihilominus ſi tale quid fortè præciperetur, quod in Dei offenſam, & animarum exitium vergat, tunc ſubditi parere non debent, quia obedientia Deo debita, limitat obedientiam debitam hominibus; Itaque obtemperandum Principibus dumtaxàt eſt, ſi imperent ſeruantes illam ſubordinationem Deo in communi debitam; vt meritò illud *Apoſt. ad Coloſ.* 3. cæteraq; Sacra monita, quibus Præpoſitis obediendum eſſe ſancitur, in eum ſenſum capi oporteat, quo præ obedientia illa, nec Diuinæ Legi, nec ſanis moribus aduerſetur, nec quidem, cum modicæ, &

ve-

venialis culpæ incurſu; quod *Apoſtoli* in reſponſione ad Phariſæorum concilium inſinuarunt, dicentes. *Obedire oportet magis Deo, quàm hominibus act. c.5.* & habetur *in Can. ſi Dominus 11. quaſt. 3. in cap. cum in Eccleſijs, de maior. & obed. & D. Thom. 2. 2. quaſt. 104 artic. 5. & 6.*

17 Malum enim, pro obedientia fieri non poteſt, bonum tamen intermitti debet, *Can. quid ergò mirum 11. quaſt. 3.*

18 Et de Iuliano improbo, & Apoſtata Imperatore fertur, quòd Chriſtianos ſub ſe habuerit milites, quibus cum diceret. *Producite aciem pro defenſione Reip. obediebant ei: cum autem diceret eis producite arma in Chriſtianos, tunc agnoſcebant Imperatorem Cæli,* vt dicitur *in Can. Iulianus, ead. 11. quaſt. 3.*

19 Præterea ſi quid nimis arduum, moleſtumque à Principe præciperetur, aut peteretur, tunc ſanè, quomodò Subditi ſe cum eo gerere debeant, ſcire ſatis difficile reputatur: Si enim ei pareant, exitioſum; Sin oppugnent, periculoſum: Salubriùs tamen inter hæc duo, velut Scyllim, & Charibdim cēſetur, vt obſequi Subditi non ſtatim de-

li-

liberent, nè breui, aſperioribus parere compellantur.

19 Neminem enim quorundam rapaciſſimorum Principum conditio latet, vt exacto ſemel in arduis, magnique ponderis, & præiudicij negotijs, obſequio, non ibi eorom ſiſtat ambitio, ſed mox alia quàm grauiora poſtulare moliantur, quaſi qui prioribus facilè obtemperauit, nequeat poſterioribus obſiſtere; Vndè Brittanni, cùm iniurias à Romanis acceptas, & patienter toleratas, viciſſim, familiarique Sermone conferrent, ſic demum eximia dicebant animi triſtitia. *Nil proſici patientia, niſi vt grauiora, tanquàm ex facili tolerantibus, imperentur.* teſte *Tacit. in vit. Agric. cap. 15. num. 2. & 3. & cap. 30. num. 5.*

20 Animaduerſum tamen id eſſe debet, nè arduis iuſſibus, temeris obſtaculis, ſubditi non parendum oſtendant, ſed arte, blandiſque modis; nam & ſi rationabiliter non obſequatur, de aſperis tamen non obſequendi medijs in ſubditos inquiri poſſet; nec enim ſemel euenit, vt quod iuſtum eſt, peſſimũ fiat, per malos modos, & quod perdendum non erat, miſerè hac via amittatur.

21 Vt

21 Vt meritò, cunctis in rebus peragendis, modum attendendum eſſe generaliter doceat *Horat. lib. 1. Satyr. 1.* his carminibus.

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines.
Quos vltrà, citràque, nequit conſiſtere rectum.

22 Quo circà meminimus, quòd potiſſimũ de Populo ſiuè ſtultiſſima plebe, id accidit prædicari, vt modum nullum habeat, & quo ordine tractanda ſint negotia ignoret, imò quò ardua ſunt, eò ruſticis, aſperrimiſque ſe gerat modis; Vndè carmen.

Ruſtica progenies, neſcit habere modum.

23 Itaque tunc, cùm arduis, aſperiſque Principis iuſsibus, obſequendũ non eſſe, ſubditi arbitrantur, id exquiſita arte fieri oportet, ità vt, aut diſſimulare, aut moras ad deliberandum petere eligant; Vtrumque enim, cum grauis imminet iniuria, aut vrget periculum, ſalubre reputatur à *D. Gregor.* qui proindè conſulit, eſſe negotium in dies protrahendũ, non verò præcipitanter ſuper illo deliberandũ: Vtrumq; tamen ſit, cũ ſubditi, cum Principe induſtriam adhibeant, vt negotium quod præcipitur,

non

non velut arduum, aut moleſtum eos ſuſcepiſſe oſtendant, ſed velut dubium; atque ità viam ſibi, ad ſano, penſatoque conſilio deliberandum aperiant, vnàque, ſimul Principi, atque ſubditis conſultum, proſpectumque foret; hi namque nec ſtatim arduis obſequi, illi autem nec temerè, & repentè petita abnegari viderentur; atq; demum ſubditi, pro dubia re, moræ beneficio mereri, potirique facilè valebunt; præ oculis hoc Politicum principium habentes, *quòd vbi affirmare periculoſum, negare autem non ſatis tutum, differre optimum remedium eſt, habent namq; parua, magna commoda moræ.*

24 Suſceptis denique, tranſactiſque moris, ſi nullum ſubditi à tempore commodum obtinuiſſe conſpiciant, Princepſque ipſe, in eo quod ſemel poſtulauit perſeueret, tunc artibus quàm humilliſimis illum enixè rogatum habeant, vt hac vice, ſi non parendum deliberent eis ignoſcat, & condonet, in poſterum ſe cunctis obſequendum placitis, paratiſſimos proteſtari: At rurſus humillimè ſe ſe Principi ſubmittant, nec bona, nec ſpiritum habere, ſed omnia ipſius Principis eſſe, dulciſſimis, ſubmiſſiſque verbis diſſimulent, concinnis de-

deinde rationibus, eundem inſtrui ſatagant, quarè obſequendum eius placito non videatur.

24 Poſt tot tandem exquiſitæ, & præſtantiſſimæ reuerentiæ officia, ſi adhuc Princeps, in id quod poſtulauit inſtet, obſequendum magis, quàm à fidelitate deficiendum conſulimus, hac tamen arte, vt obedientiam deteſtationi coniunctam habuiſſe, & ægro animo paruiſſe demonſtrent, hac via ſaltim ſperantes, quòd aut exonerari, aut nouis aſperioribus non onerari placitis debeant.

De Venalitate officiorum Iuſtitia, quàm fœda, & Reprobata.

CAP. XXIV.

1 MAximum ſanè vitium, in omne Sæculum vetitum, licèt hominũ nequitia, ac inſita eorum ambitione ſatis propagatum, quo Iuſtitiæ officia, & dignitates, ad fœdiſſimam perducuntur mercaturam, Diuino, naturali, Canonico, Ciuilique iuri, Ethnicis, Religioſis, & Politicis viris diſplicere, non veremur; Velut enim ferociſſimus Draco, peſſimaque bellua eſt,

eſt, cuncta infeſtans, occidens, deuorans.

2 Iuri inquàm Diuino, mercatura hæc aduerſatur; Deus enim Iuſtitia eſt, ac inter duo potiſſima Dei attributa, Iuſtitia præponitur, orbi dono data, ac ad extrà largita, vt per homines, cum hominibus exerceretur: Itaque cum miniſtrandæ Iuſtitiæ munerum, venale commercium fit, ea ſibi homines temerè vſurpant, quæ Dei ſunt, quæuè à noſtro penitus diſtant dominio: Porrò iuri Diuino aduerſatur, quo viros probos eligi præcipitur, qui ſuper Populos intelligant, & iuſtitiam miniſtrent, *Exod. cap.* 18. in fine. *Salom.* 3. *Reg.* 43. *Ioſaphat.* 2. *Paralip.* 19. Vndè admiſſa venalitare, non amplius viri probi, quibus doctrina inſit, ſed viri diuites, quibus animus ad grandiora pretia offerenda ſuppetat, eligerentur: Demùm quia iure Diuino ſancitur, vt in his quæ à Dei pendent attributis, nulla ſit perſonarum exceptio *Deuteron.* 1. Sed nihil eſt, quod magis illis cohereat, quàm miniſtrandæ Iuſtitiæ Virtus, vndè fructus Dei Iuſtitia nuncupatur, *in Can. graue, in fin.* 35. *quæſt.* 9. Et Dei Symbolum, & Figuram, in Terris gerunt ij, qui Iuſtitiæ muneribus inſigniti ſunt

Can.

Can.nec is,is.quaſt.1. Can. non ſolum, & Can.qui malas,23.quaſt.5. vt de eiſdem dicatur; *Dij eſtis.* Ergò hac ratione Diuino iuiri aduerſatur, ſi memorata officia venalia euadent: alias rationes, quibus hæc concluſio comprobatur, videto apud *Foller. de cenſi.rubr. Nicolaus Epiſcopus,nu.221.& 222.* quid quid in contrarium dicat *P. Molfeſ. ad noſtras Neapolitanas Conſuetud. part 1.quaſt.6.num.6.*

3 Natura quoque, venalitate iſta læditur: Illa enim ſi contrà naturantem naturam eſt, vt prædiximus, contrà naturatam quoque eſſe, fortiùs arbitramur: Rursùs Ethnici, Gentileſque viri, ac inter ipſos, complures legum latores, qui cuncta ad mores corripiendos, ac ad benè Regendi, viuendique finem pertinentia, quàm exquiſitè rimarunt, non alia ſuffulti ratione, quàm naturali, Iuſtitiæ munera, haud vendi poſſe ſtatuerunt, enixaque cura incumbuerunt, vt paulò inferius demonſtrabimus: Demùm Naturæ præceptum eſt, à gentiũ ciuilique lege pinguiùs effectum, in volumina protractum, ac velut Iuſtitiæ anima habitum, vt vnicuique quod ſuum eſt reddatur; quod ſanè præceptũ, lædi in comperto eſt, ſtatim atque memo-

mo-

morata venalitate, Iuſtitiæ officia, quibus danda eſſent denegantur, illiſque à quibus eripi decentiùs eſſet, largiuntur.

4 Si Diuino, naturalique Iuri abhorret, officia Iuſtitiæ eſſe venalia, id ipſum Iuri Canonico diſpliceat, neceſſe eſt; Sacri enim Canones, hanc, ſibi præſtantiam iure vſurpant, vt Diuinæ, & Naturalis legis Miniſtri, & exequtores appellentur, teſte *D. Gregor.* vt meritò, damnata ab his officiorum venalitas ab illis pari ſtudio coerceatur, ad *tex. in Can. quibuſdam* 1. *quæſt.* 1. vbi ea principalior præſignatur ratio, nè qui officia emerunt, in ipſa radice vitiati, *paratiores ſint alijs venundare quod, & ipſi emerunt*: Id ipſum, Paſtorali, peruigilique cura anxiùs cautum exoptans, Maximus ille Pontifex Pius V. (quē nuper Beatum Eccleſia declarauit) ſpeciali Sanctione vetuit, nè Iuſtitiæ officia eſſent venalia, vt ex eius *Bulla anni* 1571. cuius meminit *Nauarr. in Manual. cap.* 25. *num.* 7. *verſic. admonemus*; licèt nec ſinè animi mærore, Sanctiſſimam, atque Pijſſimam *Pij Coſtitutionem*, malè ſeruatam crediderit (iure an iniuria videat ipſe) *Nigr. tract. de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 43. *num.* 40.

5 Ius

5 Ius etiam Ciuile, tum *Digeſt.* tùm *Cod.* Munera Iuſtitiæ, venalia eſſe non tolerauit, ſed vetuit; audiamus *Modeſtinum* I. C. in *l. ſcire oportet 21.§.fin.ff.de tutor. & Cur. dat. ab his, &c.* ità alloquentem. *Semper autem maximè hoc obſeruent magiſtratus, nè creent eos, qui ſe ipſos volunt ingerere, vt creentur, quique pecuniam dant, hos enim, & pœnæ obnoxios eſſe, lege promulgatum eſt.* quem *tex.* refert præcæteris *Nicol. Boer. deciſ.* 149.*num.*3. Collimat ad idem, recenſius *ius Cod.* & *Imperatoris Theodoſij Conſtitutio*, in *l. Sancimus 6. C. ad leg. Iul. repetund.* vbi cum Iuramenti formula Magiſtratibus præſcriberetur, potiſſimum iurandum iniungitur. *Se pro adminiſtrationibus ſortiendis, neque dediſſe quippiam neque daturos vnquàm poſtmodũ fore, ſiuè per ſe, ſiuè per interpoſitam perſonam, in fraudem legis Sacramentiq; aut venditionis, donationiſuè titulo, aut alio velamento cuiuſcumque contractus, &c.* & denique nouiſſimo *Authenticorum iure*, ſine pretio, aut mercede, præſtantiſſimum Præturæ vinculum ſuſcipiendum fore ſtatuitur, vt in *auth. vt Iudic. ſin. quoquo ſuffrag. in princ. ver. Hoc enim.*

6 Ita-

epiſ. ad Duciſſ. Barbant. Sic etiam *Cardin Gaet. in Summ. verſic. Magiſtra rerum experientia*, & infinitis aliis omiſſis *Conrad. in Templ. Iudic. lib. 1. cap. 1. §. 3. num. 8. verſic. Abuſus tollere.*

8 Politici demùm omnes, qualeſcumque ſint, qui ſuper fælici, tranquilloque Reip. ſtatu meditantur, venalitatem officiorum Iuſtitiæ, damnẽt neceſſe eſt, ſi abſurda quidem plurima perpendent, quæ ex fædiſſima mercatura illa promanant, ſatis quidem eleganter ad partes conſiderata per *cit. Card. Gaet. in Summ. verb. officiorum Sæcularium venalitas, Sot. de Iuſt. & iur. lib. 3. quæſt. 6. artic. 4. in reſp. ad 2 in 2. concluſ. Gregor Valent.*, *in Comment. ad D. Thom in 2. 2 quæſt. 7. diſp. 5. princip. 2. quæſt. 5. in fin. Narbon. ad leg. Regi. lib. 2. tit 7. l. 31. gloſ. 16. num. 15. Martin Laudenſ. de offic. Dom. quæſt. 58. Decian. in tract. crim. lib. 8 cap. 38. num. 11.* & *Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1132. à num. 39.*

9 Potiſſima autem ſunt. Primum nam Principis conditio, turpi, fædoq. quæſtu vileſcit *Azor. lib. 4. moral part. 3. cap. 7. verſic. Tertio quæritur.*

10 Secundum, quia Prætura ipſa, decoris patitur detrimentũ. *Quis veneretur* (inquit *D. Grogor. cit. epiſ. 113.*) *quod venditur, aut quis non vile putet eſſe, quod emitur.*

11 Tertium, nam literaria res in Rep. decreſcet; tædere enim quempiam incipiet, literis quàm ſtudioſiſſimè vacare, ſi prodeſſe, illę ad Munera eſſequẽda nequibunt, iuxtà manifeſtũ ſenſum *Cicer. lib. 2. offic.* dum dixit. *malè res habet, cum quod virtute fieri debet, tentatur pecunia.* & de more hoc ipſum admonuit *D. Gregor. Epiſt. 114. eod. lib. 7.* dicens, *Vbi non merita, ſed pecuniæ ſuffragantur, reſtat vt nihil ſibi deferat induſtria ſed totum, auri profanus amor obtineat,* & expreſſiùs *Bartholom. Fum in ſua ſumma aurea, verb. officiorum, &c.*

12 Quartum, nàm Iuſtitia venalis euadet: qui enim Præturam pretio comparauit, decreta vendere licitum vſurpabit; mercator, & venalis, eodem tempore factus, vt dicebat, *cit. Senec. epiſ. 116.* & magis explicitè *D. Tom. in d. opuſ. 21. ad. Ducis. Barban.* his verbis: *Cum officium ſub mercede venale diſponitur, nil niſi ad recuperandum, & reburſandum pretium attenditur,* &

Ale-

Alexander Seuerus Imperator, dicere ſolebat, eos qui officia emunt, neceſſe eſſe, vt vendant, ad recuperandas pecunias iam expoſitas; teſte *Lampridi. in vit. Alex.* collimat *Ariſt. lib. 2. Polit. cap. 9.* dicens *Qui Magiſtratus emerint, hos quæſtibus aſſueſcere probabile eſſe* & rurſus notabiliter *Saluſ. in Iugurtino*, his verbis. *Qui huiuſmodi officia emunt, communiter vendunt in minuto quod emerunt in globo.*

13 Et hinc arridet Iuris adæquatiſſima preſumptio, vt prauo animo ad officia accedat, qui illa pretio comparauit, ad *tex. in l. quidquam C. de epiſ. & Cleric. Can. cum in ſcripturis 6. quæſt. 8. Boer. deciſ. 149. num. 3. Caualc. deciſ. 23. num. 10. lib. 1. Bar.* quem ſequitur *Angel. in l. 2. Cod. de Murileg. lib. 11. Reg. de Pont. de Poteſt. Proreg. tit. 3. nu. 6. fol. 57.* & *Reg. Rouit. in prag. 2. num. 3. de official.*

14 Quintum, nam adeò tabeſcet Iuſtitia, vt ipſa Tribunalia, & Palatia, mox in depredantium conſeſſum vertentur *Petr. Gregor. Tholoſ. de Rep. lib. 2. cap. 6. num. 14.* & confert *Azeued. conſil. 8. num. 4.*

15 Mille alia denique abſurda, totidemque Calamitates Reip. properabuntur,

buntur, officiorum Iuſtitiæ venalitate, *D. Chryſoſt. loc. cit.* dicens *Dignitates factæ ſunt venales, mille hinc mala naſcuntur.* vt meritò *cit. Cardin. Gaet.* exitio proximam hac ratione arbitretur Remp. *Magiſtra rerum* (inquit) *experientia nos docet, collapſam eſſe Remp. vbi officia venduntur*: idque ipſum peſtilenti calamitati comparat *Sot. d. tracta. de Iuſt. & iur. lib. 3 quæſt. 6. artic. 4. concluſ. 3.* inquiens *Cunctis alijs hoc eſſet peſtilentius, decorem Reip. turpius offendens, atque adeò ſcandaloſum, ſi Iudicatus venderentur, aut loca eorũ, qui Regi ſunt à publicis conſilijs.* Cui alludens quidam Ingenioſiſſimus vir, cecinit.

Se cento lingue haueſſe, ò ver la voce,
Non vana, mà potente, & vigoroſa,
O fuſſe in me l'ingegno ancor veloce
De i più ſaggi Scrittor' di verſi, ò proſa,
Dir non potrei, quanto nel Mondo nuoce.
L'ingorda Talpa aſcoſta, & velenoſa,
Piena di danni, è frodi, & di grã mali,

Se

Se i giuſti officî, diuerran venali.

16 His ergò cæteriſque abſurdis, non aliter occurri poſſe cenſuit Imperator Iuſtinianus, quàm libera, non ambitioſa, officiorum collatione, vt in *cit. tit. vt Iudic. ſin quoque ſuffrag. in princip.* in illis verbis. *Quod non aliter fiet, niſi, & ipſi cingula, ſine mercede percipiant*; cui collimat ſententia *Saluſ. in orat. ad Caſar. de Rep. ordin.* dicentis: *Verum hæc omnia mala deſinent, ſi neque Magiſtratus, neque alia vulgò cupienda venalia erunt.*

17 Vtroque enim iure, concordi ſenſu ſancitur, officia Iuſtitiæ, benemerentibus viris, in laborum, meritorum, & gloriosè geſtorum gratiam, gratis, largienda eſſe, dicta *l. fin. C. ad leg. Iuli. repetund. l. 1. in fin. C. de diuerſ. offic. lib. 12. l. 2. C. de Veteran. lib. 12. l. fin. C. de apparit. magis. milit. lib. 12. l. fin. C. de cohortal. lib. 12. l. 1. C. de comit. rei mil lib. 12. l. 2. C. de domeſt. & protector. lib. 12. l. 1. C. de agent. in rebus lib. 12. l. 1. C. de princip. agent. in rebus lib. 12. l. Principes 6. eod. tit. l. 2. C. de Veteran. Can. Apoſtolica 56. diſtinct. Can. Cenomanēſem ibid. Can. tali con. ingio, 1. quaſt. 7. Can. miramur in fin.*

61.*diſtinct.Can.Abbatem*, 18.*quæſt.* 2. cum mille concordantibus, da qua re latius ſequenti *cap.* verba agemus.

18 Pretio ergò cõparare officia iuſtitiæ, omnibus prædictis iuribus, palam repugnat, nè meritorum præſtantiſſima radia, ab auri ſplendore deprimantur, vndè poſteà optimi, meritiſſimique viri, quibus auri copia non ſuppetit, depreſſi lugeant, & quò altioris mineruæ ſunt, eò ſe breuioris fortunæ noſcant, iuxtà *Flor.* Sententiam, id quod nec veremur, verbis Spiritus Sãcti aduerſari, dum inquit. *Sapientia plus auro. Prouerb.* 8.

19 Vndique ergò firma remanet propoſita concluſio, vt Iuſtitię officia, nequeant eſſe venalia, quæ velut Diuinæ, & Naturali legi conſona, eò ampliãda eſt, vt nec lex, aut ſtatutum in contrarium, ſubſtineri queat, ad *tex. in* §. *omnis autem, verſic. Vel ſi contingat auth. vt Iudic. ſin. quoque ſuffrag.*

20 Itidem ampliatur, vt officia Iuſtitiæ vendentes, & ementes, mutuò Simoniæ labem contrahant, & incurrant quaſi ſpiritualem, & altiſſimam rem, in commercium deduxerint; Iuris enim dicendi poteſtas, Sacra eſt in ſua eſſentia, ac velut gratuitum à Deo donum re-

reputatur, pretio non ęſtimabile, ſicuti expreſsè inſinuant *Foller. in Conſtit. Regni Iuſtiarij nomen, num.* 16. & *in Conſtit. Item Iuſtiarij, num.* 8. *Franc. Marc. in deciſ. Delſin.* 749. *num.* 17. & comprobatur aſſumptum quã apertiſſimè, ex *tex. in Can. vendentes, & in Can. ex multis* 1. *quaeſt.* 3. *gloſ. in cap.* 2. *tit. nè Pralat. vic. ſuas* &c. & *in l.* 2. *C. de Murileg. lib.* 11. & concurrit cũ hac ſententia, noſter *Rouit. prag.* 2. *nu.* 4. *de offic.*

21 Vnde, officia Iuſtitiæ vendere, idem eſſe, ac Sacros ordines, vel Sacerdotium, pretio conferre, & diſpoſitum in vno, in alio locum habere, adęquatis argumentis docuit *Luc. de Penn. in l.* 1. *col.* 1. *in fin. C. de diuerſ. offic. lib.* 12. & Sacerdotio, officium Iuſtitiæ comparari, manifeſtiſſimum eſt, ex *tex. in l. vnic. ff. ad leg. Iuli. de ambi.*

22 Tertiò ampliatur, vt emens officium iuſtitiæ, prætèr Simoniam quam contrahit, vt ſuprà demõſtrauimus, cęteraſque pænas ſtatutas in *l. vnic. ff ad leg Iuli. de ambi. & in* § *ſi quis autẽ, auth. vt* Iudic. *ſine quoque ſuffrag.* quarum poſt *gloſ. in l.* 2. *C. de Murileg. lib.* 11. memores quoq; ſunt *Boſſi in tract. crim. tit. de ambit. num* 8. *Menochi. de*

arbitr. Iudic. centur. 5. caſu 401. à num. 12. noſter *Aſſlict. in Conſt. Regni, Rapinas, n. 19. Nigr. in cap. Regni Grauamina, nu. 76. & in cap. Item recipiant, num. 15.* cum alijs infinitis.

23 Debet potiſſimum, ab officio cadere, eoque priuari, iuxtà doctrinam *Bar. in l. licèt pro hærede, ff. ſi quis omiſ cauſ. teſtam:* quem ſequuntur *Gugliel. de Benedict. in cap. Rainutius, rubr. duas habens filias num. 58.* plenè *Maſtrill. de Magiſ lib. 1. cap. 27. à nu. 14. & lib. 6. cap. 5. nu 22. vol. 2. & Guliel. Lerouel. tract. de iuſt. & iniuſt. cap. 3. num. 12. in 1. tom. tract.* Quinimò, cum hi qui Iuſtitiæ officia emerunt, Iuriſdictionem nullã ab initio acquiſierint, iuxtà doctrinam *cit. Foller. in Conſtit. Regni, Iuſtitiarij, nomen, num. 16.* rectius diceretur, non eſſe opus priuatione officij, ſed nuda tantum declaratione, quod nunquam fuerint officio potiti.

24 Iidemque planè DD. in eo etiam aſſentiri videntur, vt nec erogati pretij repetitio concedatur; quod ipſe indubitatum cenſeo, velut iuris regulis conſentaneum; cum enim Iuſtitiæ officia emere, Diuino, Naturali, Ciuilique iuri repugnet, per conſequens, qui pretium

hac

hac ratione erogauit, ab illius repetitione, tanquàm turpiter dederit, arcendus eſt, etiam quòd altera quoque pars, turpiter recepiſſet, ad *tex in l. vbi autem*, cum *l. ſequent. §. ſed, & quod ff. de condit. ob turp. cauſ.* & *l. 2. C. eod.* & cum ſciuerit mercaturæ fæditatem, ab omni auxilio cadere debet, iuxtà regulam *tex. in cap. qui contrà. de reg. iur. in 6.*

25 Sententia autem *Reg. Rouit. in prag. 2. num. 5. tit. de official. & quæ ijs prolib.* dicentis, vt qui pretio officium obtinuit, nequeat ab illo remoueri, quaſi accquiſitio tranſiuerit in oneroſum contractum, eſt vtique intelligenda, de officijs non habentibus annexam adminiſtrationem Iuſtitiæ, quæ non dubitamus, quin ſint venalia, vt paulò inferius demonſtrabimus; Cæterum ſi *Rouit.* de Iuſtitię officijs intellexiſſet, (quod probabilius credimus; eò quod ad ſuam opinionem, firmandam allegat *tex. in auth. vt Iudic. ſine quoque ſuffragi. in princip.* in illis verbis. *Nullo eos præſumente cum fiducia redarguere, cum illi repentè ſe emiſſe cingula pronuncient.*) affirmare tunc non veremur, malè *Rouit.* hanc ſuſcepiſſe ſententiam, longèque peius, ad idem allegaſſe, *sit. tex. Iuſtiniani*, qui dum ſtudioſiſſimè

mè incumbuit, venalitatem officiorum eradicare, prauamque veterem conſuetudinem abolere, credendum non eſt, quod ſceleſtos officiorum emptores tegere voluerit.

26 Itaque memoratis verbis, non aliud voluit Iuſtinianus, quàm refractariorum temeritati obſiſtere, qui liuore & petulantia, proprio marte, electos cupiunt officiales taxare, quod officia emerint; quaſi ſcælus hoc quàm peſſimum, matura deceat cunctatione examinari, non autem temeris inniti imposturis, quòd indicant verba *tex.* ibi *cum fiducia redarguere*, & inferius. *Cum illi repentè ſe emiſſe cingula pronuncient.*

27 Ampliatur quartò, vt adeò à magiſtratus officio cadere debeat, qui illud pretio comparauit, vt etiam ſi merita, & virtutes eidem ſuppetant, debeat huic pænæ ſubire, pro ambitus fæditate, ac pro temerato Iuſtitiæ culmine, *Guliel. de benedic. loc. cit. num.* 55 *Foller. de cenſ. rub. Nicolaus Epiſcopus num* 220. *in fin* & *Boer. deciſ.* 149. *nu.* 3. quiſquis enim per oſtium non intrat, hic fur eſt, & latro: Nec ſatis eſt, meritum, optimumque opus ſuſcipere, niſi probis, quoque medijs capiamus;

Vn-

Vndè in *Sacra Scriptura* dicitur. *Nõ ſatis eſt bonum agere niſi benè agatur.* & in terminis habemus, *tex. in Can. Principatus*, 1.*quæſt.* 1. vbi damnatur Principatus, quem optimè meritus vir ſeditiosè extorſit, aut ambitu occupauit; *difficile namque eſt, vt bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio.*

28 Et ſanè aſſumptum iſtud, de optimè merito viro, à Magiſtratu quẽ pretio comparauit degradando, extrà omne dubium eſt; Illi ſiquidem, quibus nec merita, nec virtutes ad id onus ſubſtinendum ſuppetunt, eiiciendi protenùs hac ratione ſunt, non inſpecto, quod officia gratis, aut aliter obtinuerint, quia ſola inſufficientia repellit Iudicem à Solio Iuſtitiæ, *gloſ. in Proœmi, Inſt. Imperatoriam Maieſtatem, verſic. Hinc nota, quod Iudex debet eſſe iuris peritus, aliter repellitur à munere iudicandi, &c.*

29 Cui, & alia ratio ſubnectitur, Nam Iudicis inſufficientia, continuę corruptelæ ęquipollet, iuxtà notata in *l. cum Prætor ff. de Iudic.* & in *l. Seruo inuito, ff. ad Trebell.* Itaque non minus ij qui corruptelis animum dedere, quã qui proportionata re literaria carent,

oportet à Iuſdicendi munere repellantur; finem enim, benè, rectèque rimandi iurgia, equè omnes, illi malitia, iſti ignorantia deludunt.

30 Et moraliter, licèt grauius delinquant qui malitia, quàm qui ignorantia à recto deuiant, re tamen, minus perniciosum Reip. eſt, ſufficientes, doctoſque Iudices habere, quos pecunia corrumpit, quàm rectos, ſed obliteratos; illi enim ex accidenti, iſti verò eſſentialiter mali ſunt; illi ſi velint, Iuſtitiam Miniſtrabunt, iſti etiam volentes, miniſtrare nequibunt.

31 Atque ideò quiſquis ſit, Diuini reminiſcatur præcepti, vt priùs quàm ad Senatoriam aſſumatur dignitatem, aut illam cupere incipiat, ſuas metiatur vires, an ei ad id munus ſuppetant, *Eccleſiaſt. cap. 7. verſic. 6.* ibi expreſſè. *Noli quærere fieri Iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates: nè fortè extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcãdalum in agilitate tua.*

32 His planè omnibus, recludendæ aures ſunt, opinioni illorum, qui perperàm opinantur, officia iuſtitiæ vendi non poſſe, à Dominis tantum, ſuperiorem recognoſcentibus, ſecùs verò a ſupremis Principibus, de qua re *Bald. in*

l. Bar-

l. Barbarius Philippus ff. de offic. Prætor. Salic. & Fulgoſ. in l. 1. §. 1. ff de Pollicit. Felyn. in cap. tua nos, de Simon. Guliel. de Benedict. in d. cap. Raynutius, rubr. duas habens filias, nu. 52. & *Nauar. de dat. & promiſ. n.* 46.

33 Cui ſententiæ videtur conſentire *P. Rebellius*, Luſitanus, è Societate Ieſu, *in tract. de obligat. Iuſt. part.* 2. *lib.* 9 *q.* 18. *ſect.* 2. *n.* 21. dicens, poſſe fieri venditionē officiorū Iuſtitię, circumſpectè tamen, vtpotè non quibuſuis perſonis, ſed probis, & idoneis, tolerabili pretio, & cum futura ſtipendij taxatione.

34 Eandem diſtinctionem, cum his temperamentis proſequuntur *Reg. de Pont. deciſ.* 16. *à num.* 26. & *deciſ.* 37. *à num.* 15. & *Camill. de Medic. cōſil.* 169. *num.* 8. Sed omnium latius *P. Molſ. ad noſtras Neapolitanas Conſuetud. tom.* 1. *part.* 1. *cap* 6. *à num.* 6. ad fin: & vt malis ex venditione officiorum reſultantibus, *Molſeſ.* occurreret, ſequens temperamētū ſeruandum cenſet, his verbis. *Vt igitur tot mala euitentur, ſieri debent proclamata in prædictorum officiorum venditione, & quò ad hoc, laudabilis eſt conſuetudo, vt ad notitiam omnium perueniant dic-*

torum officiorum venditiones, ad hoc, vt venditionum habita notitia, oblationes faciant, & inde Regij Patrimonij commodum, & augumentum reſultet. Verum non ſunt liberanda officia prædicta plus offerenti, ſic enim ſequerẽtur mala prædicta, ſed recipiendæ ſunt oblationes, & Regij Miniſtri debent illas priuatim conſiderare, ſi in offerẽtibus adſint illæ tres conditiones. Primò ſi ſint perſonę idoneæ, & timoratæ. Secundò ſi ex illis non poſſit reſultare damnum Reip. & Ciuibus, & tertium ſi pretium ſit iuſtum, & debent hæc omnia oculatim inſpicere; & ſi primæ duæ conditiones adſint, in alicuius oblatione in qua non ſit pretium æquiualens alijs oblationibus aliorum, illa oblatio recipienda eſt relictis alijs, quæ maius pretium continent.

35 Planè, timoratı Scriptores iſti, pro hac re, vice iſta, animas decceperunt ſuas; mala quidem, ex venditione officiorum Iuſtitiæ reſultantia, benè nouerunt, ſed radicem excidere noluere, rem ſophyſticis adinuentis, & remedijs temperare ſtudentes, quibus conſcientias decipi, & palliari facillimum eſt: Sanè non reſecata radice, expreſſa prohibitione, ſub comminatione peccati,

quæ

quæuis excogitentur temperamenta, periculis, & diſcriminibus, Iuſtitia exponitur; cum tamen de fide ſit, quod qui amat periculum, peribit in illo.

39 Vnicumuè ſaltim præiudicium (& ſi cuncta alia ceſſarent) magni habendum eſſet, quod viri in re literaria conſumati, quibus opes, & aurum facilè non ſuppetunt (quia rarò cùm doctrina, ſocietatem potentia facit) ſua defraudarentur ſpe, & à ſuo cederent, ſibi debito iure, vt velut benè merentes, ad munera ſuſcipi debeant; vnaque ſimul (admiſſo etiam *Molfeſ.* temperamento) viri diuites, & indocti, malis artibus aſſumerentur.

37 Porrò ſi fingeremus, quod ex pluribus oblatoribus, nullus habilis, nulluſque probus concurreret, quid tùnc *Molfeſij* temperamenta prodeſſent? quis inter illos, velùt dignior, & præſtantior eligeretur? Sic planè eueniret, vt de luporum mercatore fabulantur, qui de ſelecto, melior:que lupo requiſitus, omnes peſſimos fore, ridens ſinceriſſimè reſpondit.

38 Prætereà etiā dato, quod oblatores eſsent viri digni, ſaltim digniores parui haberi hac via contigerit; & tamen in conſcientia tenentur Principes,

di-

digniores eligere, cæteris licèt dignis omiſsis, alioqui diſtributiua, & commutatiua Iuſtitia læderetur. *Adrian. 4. Sentent. tract. de reſtit. cap. quia iam determinatum eſt. Sot. de Iuſt. & iur. lib. 4. quæſt. 6. art. 3. ad 6. verſ. poſterior concluſio, & lib. 10. quæſt. 2. artic. 3. Leſsi. de Iuſti. & iur. lib. 2. cap. 32. dubit. 3. num. 15. & 20. Nauarr. in Manual. cap. 17. num. 69. idem conſil. 2. nu. 1. de Simon. Ledeſm. in 2. 4. quæſt. 18. artic. 2. verſic. Secunda concluſio. Ioſeph. Angles. in floribus Theolog. quæſt. 2. tit. de Cleric. reſtit. obnox. Spino. in Spec. teſtam. gloſ. 18. principal. num. 9. & 10 Guttier. Canon. quæſt. lib. 2. cap. 11. num. 49. & 50. Couarr. in reg. peccatum 2. part. § 7. num. 6. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 5. num. 57. Padill. in l. cum quidam, num. 18. ff. de legat. 2. & Epiſ. Ricc. deciſ. 214. num. 4. lib. 3.*

39 Idque adeò verum, & indubitatum eſt, vt ſi quidem perſona dignior poſt terga relinquatur, debeant ei de iuſtitia refici omnia damna *Gaet. in 2. 2. quæſt. 62. artic. 2. ad 4. verſic. ad confirmationem*, & in *ſumm. verb. acceptio, Sylueſt. in verb. reſtitutio 3. quæſ. vlt. Paludan. in 4. diſtinct. 15. quæſt. 2. ar-*

tic.

tic.2.concluſ.4 & Petr à Nauar.lib.2. de reſt. cap. 2. num. 140. *cum ſeq.* aut ſaltim in ſequenti proxima electione, illius dignioris perſonæ, in priori electione neglectę, præcipua cura habenda erit, vt illatum iam grauamen, mox ei reſarciatur, iuxtà ſententiam *Sot. Molin.Guttier.* & *Ledeſm.loc.cit.*

40 Alia iterum ratione, temperamenta *Molfeſ.* non valent, ad eius ſententiam ſubſtinendam; nam etiam ſi cõcederemus, quod viri dignisſimi, omnique externa exceptione maiores, pro emptione officiorum Iuſtitiæ concurrerent, ſuaſque ederent oblationes; ſaltim haud inficiabitur, quòd ambitio, prauuſque illorum animus, quo accedere ad exercitium emptorum officiorum præſumuntur, vt *ſup num.* 13. nullo poterit temperamento cohiberi.

41 Denique quo fulcro, Supremis Principibus, licere quidam arbitrentur, iuſtitiæ officia vendere, nequaquam verò cęteris Magnatibus, ſuperiorem recognoſcentibus, penitus ignoro; Vnica enim Iuſtitia eſt, & vnica conſtitutiua ratio, qua uendi huiuſmodi officia, non licere arbitramur, ut nempè intemerata, & illæſa Iuſtitia ſit; Ergò nulla de allata diſtinctione ratio habenben-

benda eſt: Eandem planè conſequentiam deducimus, ſi conſideremus, ſtrictiùs Supremos Principes, quàm cæteros teneri, Iuſtitiæ partes ſuſcipere, & ardentisſimè incumbere, ut perpetuò illius decus, & authoritas ſarcta conſeruetur: Poſtremò, Diuino, & Naturali iuri aduerſatur, quod Iuſtitiæ officia, uenalia euadant, ut in princip. huius *cap.* demonſtrauimus; Ergò uendi nec a Supremo Principe tuta conſcientia poſsunt, utpotè qui, utrique illi iuri, ſicut cæteri, indiſcriminatim parere tenentur.

42 Memores denique eſſe Principes decet, officiorum Iuſtitiæ venalitatem, in magnum eorum culminis detrimentum vergere, vt ſaltim hac ratione, ab huiuſmodi mercatura caueant, neceſſe eſt, ità *D. Thom. d. opuſ. 21. ad Duciſſam Barban. Guliel. de Benedic. loc. ſup. cit. num. 52.* poſt *Innocen. Io: Andre. & Abbat. in cap. 1. & 2. nè Prælat. vic. ſuas, &c. Azor. moral. par. 3. lib. 8. tit. de empt. & vendit. cap. 7. quæſt. 3.* & *Reg. de Pont. de Poteſt. Proreg. tit. 3. de elect. offic. in præfat. num. 10.*

43 Lætari autem nos omnes oportet, qui ſub Auguſtiſſimę Auſtriacæ

Aqui-

Aquilæ inſignibus, quàm fæliciſſimè militamus, quòd extrà controuerſias haſcè, officiorum ſint collationes; Præter enim Sanctiſſimas Hiſpanicas leges peculiaribus Sanctionibus apud nos, pijſſimè ſtabilitur, nè Iuſtitiæ officia ſint venalia, neuè pretio, vel indirectè valeant obtineri, præſertim ex Cæſareo edicto, Immortalis memoriȩ Imperatoris Caroli V. de anno 1536. vt *in prag. 2. de official.* & ex alia Regia Sanctione illius eximij Philippi II. de anno 1557. quam recenſet *Molfeſ. loc. cit. n.* 8. vltrà alias antiquiores Patriȩ leges, quibus id ipſum enixa cura ſtatuebatur.

44 Deplorari verò debet illorum Populorum conditio, quorum Principes, vt ærar a ditiora habeant, officia Iuſtitiæ vendunt; vt præſertim Gallia experitur, in qua licèt legibus vetitum ſit fȩdiſſimum illud commercium, moribus tamen fræquentiſſimum euaſit, de qua re, *Caſſane. in Cathal. glor. mund. part. 7. conſid.* 33. dicens, quod in Galliæ Ditionibus, omnia officia, ſunt perpetua, & venalia, idèm teſtatur *Franciſ. Marc. quaſt.* 747. videndique *Petr. Gregor. Syntag. iur. lib.* 47. *cap.* 33. *num.* 20. & damnatus Auctor *Milleloq.* 982.

45 Quo-

45 Quoniam verò, omnes indiſcriminatim conſentiunt, vt cætera omnia officia, quę annexam Iuſtitiæ adminiſtrationem non habent, vendi licitò iure poſſint, licèt dignitatem, & emolumenta pręſeferant, propterea nos ſententiæ huic, planè communiſſimæ adhæremus; Verum animaduertere duntaxàt arbitramur, nè hæc etiam officia, chariori pretio vendantur, iſtaque ratione, illorum emptores, inſolitos, vberioreſque directus extorquere, in exburſati pretij recompenſam, compellantur, ſicuti docet *D. Thom. in epiſ. ad Ducis: Barbant.*

De

De Cultu Iuſtitię, & officialium Creatione.

CAP. XXV.

1 TErret me propoſitę rei Prouincia, verba enĩ de negotio quàm Sanctiſſimo acturus, in dubium veni, nè præ virium leuitate ſuccumbcrem, & calamus verbis, aut verba calamo deficerent: *Grandes materias* (inquit *D. Hieronij 3. part. princip. epiſ. tom. 13. epiſ. 1.*) *ingenia parua non ſufferunt, & in ipſo conatu, vltrà vires auſa ſuccumbunt, quantòque magis fuerit, quod dicendum eſt, tantò magis obruitur, qui magnitudinem rerum non poteſt explicare:* At quoniam, ad noſtrum Probi Principis inſtitutum, propoſita omninò pertinet thæſis, idcircò operæ pretium duxi, potiùs de ea, ſermonem vel rudem, ac poſtremum huic opuſculo congeminare, quàm reticere; vt autem à veris, & moralibus principijs exordium ſumam, ſupponi oportet.

2 Quod ſuprà cæteras, cunctaſque virtutes, Iuſtitia velut Regina micat, & præſtantior reputatur; Vndè in *Pſal.* 44.

44. dicitur *Aſtitit Regina à dextris tuis, &c.* hoc etiam Reginę titulo, vtitur *tex. in cap. Regni*, exordiente. *Regina Iuſtitia.* eodẽ epithoto, de hac virtute loquitur *Ariſt. Ethic. 5. cap. 1. &* 7. hoc demum *Tulli. lib. 3. de offic.* inquiens *Iuſtitia, hęc eſt virtus, omnium vitutum Domina, & Regina.*

3 Duplicem de hoc præbet rationem *Angelicus Doctor*, Primam nempè *part. 2. artic* 4. his verbis. *Iuſtitia virtus eſt praclariſſima & eminens, ipſa enim plus de ratione perticipat, quàm cætera virtutes morales, & hominem ordinat non ſolum ad ſe met ipſum ſed etiam, vt rectè ſe habeat ad alium, & inter omnes virtutes morales, eſt lucifer, & ſicut ſol in Cælo.*

4 Secundam verò tradit, *in 2. 2. quæſt* 58. *artic* 7. hoc ſermone: *Iuſtitia legalis dicitur virtus perfecta, includens omnem virtutem, & conſiſtit in vſu viriutis, in quantum operari intendit ea, quæ ſunt vtilia alteri, vel Communitati, vel Principi, ſed alia virtutes, intendunt operari bonum proprium, puta temperantia, intendit temperare animum à turpibus concupiſcentijs.*

5 Regina itaque Iuſtitia eſt, quia cæ-

cæteras virtututes includit, quia illis dominatur, & quia Regnorum, potiſſima conſeruatrix eſt, latiſſimè idem *D. Thom. de Regim. Princip. lib. 3. cap. 4. 5. & 6.* & ſublata Iuſtitia, Regna corruunt, & rapinarum cętus euadunt, teſte *D. Aguſt. lib. 4. de Ciuit. Dei*, dum clamat. *Quid ſunt Regna, niſi latrocinia, vbi non eſt Iuſtitia?*

6 Gloriantur propterea Imperatores, & Reges, ſe Iuſtitię Patres, Filios, & Miniſtros eſſe; ſic *Iuſtinianus* inſinuat, *in auth. de inceſt. nupt. §. dubitatum, collat. 2.* & noſtra *Regni Conſt. Nō ſine grandi*, hæc profert aurea verba. *Oportet igitur Cæſarem, fore Iuſtitiæ Patrem & filium Dominum, & Miniſtrum, Patrem, & Dominum, in edendo Iuſtitiam, & editam conſeruādo; ſic & in venerando Iuſtitiam ſit filius, & in illius Copiam Miniſtrando, Miniſter.*

7 Meritò igitur, veteres, eximijq; Philoſophi, *Plutarch.* & *Diometrius*, Traianum Imperatorem, & Ptholomęum Regem monebant, vt animum darent, aſſiduo librorum ſtudio; qui dogmata reddendæ Iuſtitiæ continerēt vt ad Populorum Salutem, & Regnorum incolumitatem, hac pręſertim vir-

tute

tute erudirentur, quod planè monitũ, ad cunctos pertinere Principes, velut vnicum, & vtillimum reputamus.

8 Et ſanè ſi fieri poſſet, Principes ipſi, reddẽdæ Iuſtitię onus, poſtulantibus Populis, ſuſcipere deberent, ſuique ipſorum copiam, ad dirimenda iurgia facere, Regij culminis præcipuum munus eſſet, iuxtà Sancita *in l. vnic. C de publ. letit. lib.* 12. apertiùs tamen, *in auth. de depoſ. in princip.* ibi. *Litem nuper audientibus nobis) hoc quod in Imperio publicè ſedentes, multoties, egimus) orta eſt, aliqua quæſtio, quam reſoluimus ſtatim*, &c. *Rurſus in auth. de appellat.* ibi. *& dum his in Iudicio ſuæ celſitudinis exerceretur, &c.* denique *in auth. de trient. & ſemiſſ. §. & quod ſepè nobis Iudicantibus placuit, &c.* Hac planè via, grauaminum adimerentur clamores.

9 Principes ſiquidem, Iuſtitiam velùt in depoſitum habent, ipſi Iuſtitiæ debitores ſunt, ipſi illam Populis reddere tenentur, ad *tex. in cap. ex tenore, ij de for. compet.* concordat *lex Regni, in cap. deteſtantes*; Ipſos denique vt Iuſtitia reddatur, vitam exponere paratos cupit *Plat. in lib. de Regn.*

10 At

10 At quoniam, rerum, & curarũ grauitas, & multitudo, Principes de perſona iuſdicere, aut Iusdicentibus ſupereſſe vetant, illisq; præſertim, impoſſibile ſit, qui multis, & maximis dominantur Regnis, inter quos præſtat Inuictiſſimus noſter Hiſpaniarum Monarcha, cuius ampliſſimam Ditionem, hac ſymetria poſitam eſſe ſcimus, vt Solis beneficio, mutuis horis continuò potiatur, nec eodem tempore, tota in nocturnis deliteſcat tenebris; qua ratione *P. Michael de Elizalde*, Societatis Ieſu, *de form. veræ Relig. num.* 509. inquit. *Illud porrò mirabile à curioſis hominibus obſeruatum, quod ſingulis diei, noctiſque horis, ſub hiſpana ditione, Sacrum Domini conficitur, adeò per orbem, cum Sole illa excurrit, nil vt ſimile reperias, nec in Turcarũ quidem Imperio.*

11 Hoc inquàm caſu, *Ietri* Conſilium ſuſcipiendum eſt, Moiſi Genero ſuo traditum, vt Populi in Iuſtitia moderarentur, his verbis. *Prouide tibi viros prudentes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, & conſtitue tibi Tribunos, & Centuriones, exod. cap....* & huic ſimile eſt aliud traditum ab Imperatore Carolo

lo V. æternæ memoriæ, Sereniſſimo filio ſuo, vt *in monit. Auguſta.* §. 55. his verbis. *Que pues nò podeijs ſer preſentialmente en todos* (de Regnis, & Statibus loquebatur) *ni viſitarllos muchas vezes, como combenria, que ellos ſean continuamente proueydos de buonos Viſoreyes, y gobernadores, y que tengan cuydado de entretener los ſubditos en Iuſtiçia, y Poliçia.*

12 Et ſanè hoc maximum eſt, & potiſſimum in Rep. negotium, vt Probi, & peroptimi viri, literis, & conſciẽtia pollentes, ad gubernacula Iuſtitię ſuſcipiantur, quorum ope Populi in officio contineantur, & vnicuiq; quod ſuum eſt reddatur; pro vt Gentilium quoque Principum exemplo erudimur qui Populo, eligendorum Magiſtratuũ nomina publicè pronunciabant, vt ſi quis aduerſus eos, aliquid habuiſſet criminis, de eo certior Princeps fieret, quemadmodum egiſſe legimus *Seueuerum* Imperatorem, teſte *Lamprid. in eius vit.* cuius meminit *Bouadill. lib. 1. Polit. cap. 3. nu. 9.* & nouiſſimè *Garſias Maſtrill. tract. de Magiſtr. lib. 2. cap. 1. num. 16. & 17.* vt meruerit hac via idem *Seuerus*, in ſuos habere Magiſtratus, *Vlpianum, Modeſtinum*, &

Pau-

Paulum, viros graues, ac in reſpondendo conſultiſſimos, vt apud. *Lamprid. ibid.*

13 Theodoſium quoque Imperatorem, maximum ſcimus adhibuiſſe ſtudium, vt viros inculpatæ vitæ, & probatę ſcientiæ, ad iuſtitiam reddendam eligeret, *Iacob. Menoch. de arbit, iudic. caſ. 401. nu. 15.*

14 Carolus VIII. eximius Gallorũ Rex, eandem adeò ſuſcepit curam, vt plus ſtudij, in Creatione Magiſtratuum adhibuiſſet, quã in cæteris Monarchię negotijs, *Arnol. Ferrer. lib. 2. de rebus geſt.*

15 Sereniſſimus Aragonius Rex, Ferdinandus I. vt ſelectos uiros ad Magiſtratus, & iuſtitiæ adminiſtrationem aſſumeret, ac nè benemerentium uirorum notitia eũ lateret, omnium nomina in ſecretiſſimo libello habere ſtudebat, quos indè, aut nec credentes, aut nec volentes, proprio motu, ſaluberrimè eligebat, teſte *Afflict. in Conſt. Regni, Cordi nobis, ſub num. 3. verſic. & ſcio*, & *Nigr. in cap. Regni, Item quod prædicti, n. 10.*

16 Commendatur denique ſtudioſiſſima cunctatio, maturaque inquiſitio, qua Maximus ille Hiſpaniarum

Monarcha Philippus II. Iudices, & Magiſtratus eligebat, vt nec acrior, aut diligentior, hactenùs apud quempiam fuerit, noſcens quanti ponderis eſſet in Regnis, reddendæ iuſtitiæ negotium, de qua re *Foller. in Conſtit. Quantò, num.* 18. *in fin. verſic. ſed deberent, tit. de decim.*

17 Profectò ſic Regium culmen decet, ſaltem ad Coronæ ſuæ Decus; Cum enim Principes, ſui ipſorũ imaginẽ facere cõpeliãtur, electione Iudicũ, planè cõuenit, vt qualis Prĩceps eſt, Probus, & iuſtus, tales ſint Magiſtratus, a quibus Principis decus ſtabilitur, ex *tex. in Can. Dominus noſter* 93. *diſtin.* & *in Can. ecce namque* 99. *diſtinct.* quia Magiſtratus, præ honore, magnus eſt, & Principis imaginem, & authoritatem repreſentat, vt *in proam. Inſtit. Ciuil.* §. *cum namque*; quin membra Corporis Principis, appellantur Iudices, ad *tex. in l. quiſquis, C. ad leg. Iuli. Maieſ. Guliel. Lerouill. tract. de iuſt. & iniuſt. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 12. & *Azor. in ſum. tit. de offic. Præfect. Prætor. oriẽt. lit. C.* quo fit, vt poſt Diuinum, ac Regium honorem, tertiò honor Iudicum numeretur, vt benè ponderat *Bouadill. Polit. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 6. poſt *Soc-*

cin.

Digitized by Google

cin. conſil. 22. num. 4. vol. 1.

18 Quid ergò exorbitans eſſet, ſi tàm vt Populis proſpectum, quàm vt proprio honori conſultum ſit; hoc vnicum negotium Principes ardentiſſimè ſuſciperent; licèt enim multa Magnum, & Probum Principem deceant, cuncta tamen, ab alio, velut Principis vices gerente expleri poſſunt; Magiſtratuum verò Creatio, proprio, independenti, immediatoque conſilio, à Principe fieri oportet, iuxtà ſenſum *Modeſtini, in l. vnic. ff. ad leg. Iuli. de ambi.* nè ſuſcepto ab alijs conſilio, à conſulentibus, decipiatur, qui ſuos coniunctos, amicos, deuotoſque clientes, tanquàm optimè meritos, anteponere ſtudent, & ad munera extolli ſuadent, nulla de cæteris, quàm meritiſſimis mentione prępoſita; Itaque hi qui protectoribus carent, parui haberi; Populi verò, ſub inſulſis Magiſtratibus lugere, compelluntur.

19 De hac re verba agens doctiſſimus ille *Conſiliarius D. Thom. Carleual.* hiſpanus, vir omnigena ęruditione præditus, *tract. de Iudic. lib. 1. tit. 1. diſput. 1. num. 22.* in eos inuehit, qui non attendentes merita virtutum, & vitæ, ſuos familiares, & familiarium

amicos, Principi eligendos prępoņunt, & impudentiſſima hac perſonarum exceptione ſeruata, Principem decipiunt, Iuſtitiam ſternunt, & Remp. in exitiũ mittunt; idque ipſum contrà huius modi primi ordinis Miniſtros, talia fortaſsè perpatrantes, memoratum habemus apud *Regent. de Pont. tract. de Poteſt. Proreg. tit. 3. de elect. official. §. 5. num.* 6. cuius vtinam verba exaudirentur.

20 Præcæteris magiſtraliter idem *de Pont.* aduertit, quod Princeps, ſuſcepto iã à ſuis primi ordinis Miniſtris, ſuper electione officialium conſilio, in tuta conſcientia eſt, culpæque pondus integrum, ipſos comprimet conſulentes; quos proindè rogatos eſſe decet, nè ambitu, & auaritia capti, cuncta in ſe auocent mala, quaſi dolo, ſuis non ſatis dederint partibus, ſincero conſilio, matura cunctatione, nulla demũ indulgentia, & gratificatione, iuxtà *tex. in cap pueri*, 1. *quæſt.* 1. alijſque ſeruatis, quæ animaduertit *Alciat. de præſumpt.* 2. *num.* 6. *Burg. de Paz in l.* 2. *Taur. num.* 87. & *Garſi. Maſtrill. de Magiſt. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 71.

21 CHRISTI D. N. ſemitas, & myſterioſa geſta eos proſequi, à Iudai-
ca

ca autem nequitia cauere, in hoc præſertim, officialium eligendorum negotio, præcęteris maximo, fas eſſet: Chriſtus ſiquidem, tres Diſcipulos, Petrum nempè, Ioannem, & Iacobum, velùt mæritis, & virtute intèr cæteros præſtantes, ad gloriam ſuę Transfigurationis elegit, erudire Principes, Supremoſque Miniſtros hac ratione intelligens, vt ad munera digniores aſſumerent, vt ſubtiliter *Io: Càrthag. lib. 8. homil.* 3. Cum verò minùs digni viri ſuſſcipiuntur, poſthabitis cæteris quàm mæritisſimis, tunc Iudeorum nequitia imitata videtur, qui Barabbam CHRISTO præpoſuerunt, doctisſimè *Lasperg. cap.* 598. cuius meminimus in noſtris tyrocinijs *ad Regent. de Marin. cap.* 229. *nu.* 17.

22 Modò autem, circumſtantias numerare, ad optimam Magiſtratuum electionem ſortiendam, mihi cordi nō eſt: Volumina enim plurima, Authores multi ſuper his compilarunt, omnes verò ad duas (velùt in diſtillatum) reducuntur; in Probitatem nempè, & ſufficientiam; his quò viri vberius polleant, eò ad munera ſuſcipiendi ſunt: Itaque his paucis contenti, ſatius exiſtimauimus, quædam magis peculiaria

noſtra ingenuitate ponderare.

23 Et inprimis, cum nullus ſit qui proprias metiatur vires, cunctique ſe ipſos probos, ſufficienteſque arbitrentur, hac ratione, locis officiorum vacātibus, mille ſurgunt, qui ad brauium anxiè currentes, ac vt illud ui quadā, & coactione apprehendant, Principū Aulas rumoribus faſtidiunt, medijs, ac mediatorum precibus vrgent, quandoque demum. fædioribus temerare modis, tentare non intermittunt; ſunt pauidi humilitatem ſimulant, honeſtatē, benignitatemq; oſtentant, probitatem virtutemque mentiuntur, cunctis honorem, & obſequium exhibent, ac citrà debitum inclinant, coram ſupremis Miniſtris aſſurgunt, illos viſitant, in humilitate deprecantur, & applauſibus adulantur; ipſi denique concurrentes, ad altrinſecam excluſionem, mutua crimina pādunt, & quę latebāt, liuore proferunt: Multi currūt, at ſedere diſſimulant: Nonnulli præ maxima petulantia, non perueniunt quò cupiunt. Ab vno demum accepto brauio, cæteri omnes laxi, & defatigati, prius quam à ſuſcepto ſudore mundentur, viuentium Magiſtratuum diebus inuident, vt nouum arriperent curſum, donec aut eorum

insa-

Digitized by Google

inſatiabilitati ſatisdent, aut vitam diſperati expleant.

24 Quo iure hoc fiat, penitùs ignoramus, quo autem pacto a Principibus toleretur, non capimus: Anhelare enim interno affectu, ad iuſtam metã, quatenus anhelans munus, ſuam noſcet ſufficientiam, de eaque ſanam habeat probabilitatem, finem quoque publici boni foueat, permiſſum a viris doctiſſimis inuenimus, velùt honeſtum, & virtuoſum, ſic ex *D. Thom. 2. 2. quaeſt. 129. art. 1. & 2. Oldr. in l. Barbarius Philippus, ff. de offic. prator. Caſſan. in Catal. glor. mund. part. 1 conſid. 60. Sylueſ. in ſumm. verb. dignitas, P. Io: à San. Maria, de Rep & Polit. Chriſt. cap. 25. & P. Io: Marquez, de guber. Chriſt. lib. 1. cap. fin. col. 22.*

25 Quod vſq; adeò verum eſt, & extenditur, vt nè Deum ad miracula compellere videamur, permiſſum ſit cuique, de ſe iuſta merita cogitanti, ſe ipſum Principi, velut ad publicè ſeruiendum paratum exhibere, ac pro ſe ipſo, moderatas preces exponere, ad hóc ſaltem, vt ſui notio habeatur, munera per modum Iuſtitiæ, aut virtutis imperrando, ſic magiſtraliter diſtinguit *Bar. in l. Barbarius Philippus, nu.*

2.ff.de offic. Pretor. ad limitationem tex. *in l.1.ff.de ambit.* quam doctrinã ſequitur *Franciſ. Marc. quæſt.* 749. vbi monet, preces iſtas, vel iuſtiſſimas, palam fore exponendas, nè occulta deprecatione, in probabilis ſuſpictionis ſtimulum, preces ipſæ ruant.

26 At hac meta exceſsa, inceſsanter, atque implacabiliter munera appetere, proprijs, & externis precibus, abſque menſura Iuſtitiæ, & virtutis, ipſos lædit appetentes, velùt in crimen collapſos, immoderato ambitu, *ad tex. in d.l.1.ff.de ambit.* & quamvis hac via metam attingerint, planè furtum perpatraſſe, tanquam per oſtium non intrauerint viderentur, & furto magis, quàm virtute, vitæque ornamentis, Infulam vſurpaſſe, non gratiosè largitam obtinuiſſe, dicerentur, teſte *Claudian. lib. 1. de offic. Iudic. cap. fin.* cuius meminit doctiſſimus *Bouadill. lib. 1. Polit. cap. 3. n. 10.* & *Garſi. Maſtrill. de Magiſt. lib. 2, cap. 1. n. 58.*

27 Prętereà id etiam in ſenſu meo, veriſſimum arbitror, vt ſicut qui moderato deſiderio, ad metam Iuſtitiæ, & virtutis, aſſumi ad munera cupit, bonũ opus deſiderare videtur, vt proſit, non verò vt pręſit, iuxtà *tex. in Can. qui*

Epi-

*Epiſcopatum,7.quaſt.*1.Sic è conuerſò qui importunis pręcibus, petulantia, & procacitate,ſua iactant merita, *Plus quàm oportet*(inquit *Ariſt. 5. Polit. c. 4.*) *& undè non oportet.* hi planè, non bonum opus,ſed peſſimas opes,& præeſse,ambire dicerentur.

28 Inter multa ſiquidem,quæ honeſtè accipiuntur,&inhoneſtè perduntur, de quibus in *l.*1 *verſic. quædam enim,ff.de var.& extraord.cognit.*munera Iuſtitiæ potiſſimum numerantur, ad *tex.in l.ſcire oportet.*21.§.*fin.ff. de tutor.& Curat.dato ab his,&c.* in illis verbis:*nè creent eos, qui ſe ipſos volunt ingerere,vt creentur:* Vt meritò qui ea affectatè ambiunt, tanquàm ſcælere contaminati, foris eijciendi ſint, quaſi conſpirationibus, & inſidijs ingredi,ac lautæ Iuſtitiæ menſę recũbere audeãt, nuptiali eis veſte, non ſuppetente.

29 Hos aſsumere,nè dum vitio, & culpæ aſsumentis adſcribitur,quaſi vetitos admiſerit modos, & illecebris morem geſserit artibus, ſed legum quoque Sanctiſſimas Sãctiones,calleat temeraſse; Tantum enim à recto abeſt, ſi immoderatè munera ambientes, ad ea ſuſcipiantur, vt potius deceat, his expulſis, illa renitentibus largiri, iuxtà

aurea verba *tex. in l. ſi quemquam, C. de epiſ. & Cleric.* ibi; *tantum ab ambitu debet eſſe ſepoſitus, vt quaratur cogendus.* & apertiùs *in Can. in ſcripturis 8. quæſt. 1.* ibi. *Quia ſicut locus regiminis, deſiderantibus negandus eſt, ità fugientibus offerendus eſt.* vt de his illud *Apoſ.* proferatur, quod vocati tanquàm Aaron fuerint, *in epiſ. 5. ad hebra. & epiſ. 2. ad Chorint.*

30 Secundò animaduerto, quod excluſis his, qui precibus, aut pretio, ad Magiſtratum ambiunt extolli, reliqua omnia prudentiæ, & ſagacitati Probi Principis omninò committuntur: Superſtitioſam planè exiſtimamus, quorundam craſsæ Mineruæ virorum regulam, quam præſcribere in electione Magiſtratuum intendunt, vt nimirùm ſenes, Iunioribus, Nobiles Popularibus; & hi qui maiorum ſuorum ſeruitia exhibent, cæteris præferendi ſint; Euenire ſiquidem poſset, quod exactę ætatis vir, ſed Popularis, cum Iuuene nobili, aut cum alio, qui maiorum ſeruitia iactat, concurrat, quo caſu iurgijs adhùc locus daretur, illorum vter admittendus, & pręferendus foret, & eximijs ſcrupulis, Principis animus illaqueareetur, huius regulæ leuitate: Non

hæc

hæc ergò inſpicienda ſunt, ſed qua hi probitate, & doctrina præditi ſint, hoc eſt certum, & infallibile principiũ, ſecundum quod Probi Principis iudicium, manu quaſi, ad plauſibiles ducetur Magiſtratuum electiones, hæc eſt menſura, hæc eſt via, qua veritas, & ſecuritas inuenietur.

31 Si Magiſtratuum munus, in ſolo ſiſteret cõſilio (quales ſunt miniſtri ſtatus, & belli) planè ſeniores eligendi forent, tanquàm plùs cæteris, longa rerum experientia inſtructi, iſtoque caſu ea militant, quæ paſſim pro Senectutis prȩſtantia, veteres, moderniquе ſcripſerunt; At cum *idem* munus, laborem præſeferat aſſiduum, indefeſſumque, proceſſuum, & librorum reuolutione humeros exigit quàm robuſtiores; Itaque in Iudicijs nil proderit, quod Senes, & venerandi Magiſtatus ſint, niſi vt iurgia ad longum protrahant, quod eiſdem vires, ad eximium non ſuppetant laborem, & in ipſo conatu, vltrà vires, ſuccumbant.

32 E re eſse cenſui, eximiũ noſtri temporis, huius Neapolitani Senatus Conſiliariũ recenſere, Ill. nempè D. Antonium Perez Nauarrete, Marchionem Laterziæ, & Noyæ Comitem, S. Iacobi

Equitem, in Regentem Collateralis Conſilij demum electum; Hic inquam, & ſi omnigena doctrina prędictus, probitate pollens, & ad dirimenda iurgia aptiſſimus eſſet, tamen, in grauis gratis gratiam, quod longæuos annos, in Regis ſeruitio, ſummo omnium applauſu duxerit, ac poſtquàm velut S.C. Decanus, Dom. D. Franciſco Perez Nauarrete, Equiti S. Iacobi, filio ſuo digniſſimo, ad idem Conſiliariatus culmen euecto, muneris poſſeſſionem dediſſet; Demum ſe ipſo ſupplicante, quieſcere Domi, à Regis noſtri munificẽtia obtinuit, non tantum cum dignitatis, & ſtipendij retentione, ſed cum actuali etiam insiſtendi onere, in his quæ ad Status pertinent negotia; Illum Clementiſſimus Rex noſter, à labore dũtaxàt, non tamen à conſilio, honore, & emolumentis, exemptum volens: Veneranda planè eſt illius ſenectus, plus congruens, vt poſt tot glorioſos labores, in quiete blandiretur, quàm vt vlterioribus ærumnis faſtidiretur.

